



Hic est Joanis baptiste ballarini Muria
nensis ... de Ma sua





Thomas Cretalenus

BENEDICTI PHILOLOGI FLORENTINI PRAEFATIO SVPER. P. TERENTII COMOEDIIS, AD PETRVM CRINITVM.

VANTVM LABORIS, ATQVE diligentiæ posuerim, in recognoscendis, & in metra legitima restituendis Terentii fabulis, Et si permulti quidem sunt, qui hoc ipsum testari facile possunt, tu tamē pro iudicio tuo, singularique eruditione, in omni antiqtate exploranda, exactissimus censor futurus es, quo nomine visum mihi est dicare tibi ipsi, has nostras elucubratas vigilias. Neque te præterit, quantum etiā in hac parte manibus ANGELI Politiani debeatur, qui primus, (vt hō accuratissimus in puestigandis veterum monumentis) hasce Terentii fabulas emendare aggressus est, & in suos numeros aptissime referre, collatis, ac perlectis vetustis exemplaribus. Ego aūt spero me cōsecutum hac nr̄a diligentia, vt ipse quoque auctor Terentius, magnope lætet tali recognitione, simulque existimet se ereptum per labores nr̄os ab iniuria imp[...]torum. qui eum scriptorem (abnegatis in eius comœdiis metris) fœde, atque improbe depravarūt. qui merito habet omnium eruditorum consensu, latini sermonis auctor, & antiquæ ele[...]æ princeps. Adiecimus his fabulis nōnulla Hephæstiōis, Terentiani, Donati, Rufini, Diomedis, & Prisciani de Comœdia, & metris Comicis scitu necessaria, quo facilius ois ratio colligeret in obseruandis, atque pcipiendis fabulis, & his versibus, qui apud veteres Comicos cōperiunt. Illud quoque minime prætereundum est, qd̄ ea fabularum argumenta, quæ sub

nomine Terentij vulgo leguntur, ad Sulpicium Apollinarem rettulimus. qui tpib⁹ Hadriani principis iter nobiliores grā/maticos Romæ excelluisse tradit. qđ ipm effeci adductus vetustate codicū, qui cū alibi, tum Venetijs habent. Sed hæc satis pro tpe. Tu interim mi Crinite habe tibi has Terētij Comœ/dias, nr̄a opa, & studio diligētissime emēdatas, ppetuū qdē testimoniū nr̄æ erga te bñuolētiæ. easq; velis reponas in tua illa nobili, atq; istructissima bibliotheca, oiuz auctorū, atq; bonarū disciplinarū referta. Vale. Et maiora (cum licebit) a nobis ex/pectato.

DE COMOEDIA.

C OMOEDIA EST Poematis notū genus, i quo humiles fere psonæ itroducunt. & si antiqua Comœdia grādis, & elegās, & venusta erat. vel Comœdia est priuatæ, ciuilisq; fortunæ, sine vitæ piculo cōprehēsio. vel est speculum consuetudinis, imitatio vitæ, imago veritatis. dicta vel apo tis comis, hoc est a vicis, vel apo tu comu, hoc est a comessatione, aut quod somni tempore (id enim coma significat) canentes diuitum iniurias memorarent.

De Comœdiarū, Satyrarū, ac Tragœdiarū serie, & principio.

ALIENVM NON Erit, neq; pter animi nr̄i sniam Comœdiarum, Satyrarūq;, atq; Tragœdiarū seriem, & principiū breuiter referre. Olim sedatis, ac cōpositis bellorū isultibus. Athenienses cū ad vitā pacatiorē se trāstulissent, domesticæ tunc in paupes isurrexerūt iniuriæ. ex agro igit Atheniēsi, Rustic. sæpius a diuitibus iniuria affecti, se se in vrbē receperūt. sed cū interdiu qrendo suis incōmodis auxiliū pstare nō possent, noctu vicos vrbis oēs obeūdo. cūctis silētib⁹, ciues noiatim cōpellabāt, & quas paterent apiebāt diuitū iniurias, nec nō ipia facta, ac dicta, ppalabāt. Hæc cū sæpe vicini audissent, qđ noctu

acceperant postridie inter se inuicē colloquebantur. inde non mediocri erat vitio, qbus eiusmodi obijciebatur contumelia. vnde oportunuz fuit multis in vrbe potentibus, vt suis in agricolas iniurijs modum inuenirent, sibiqz ab inferendis contumelijs moderarentur. Videntes igitur ciues, hoc esse vtile ciuitati iniuriæ amuletum, iusserunt contumelijs prouocatos, in Theatrum prodire, & quæ noctu proclamassent, audaciori animo referre. Deinde quoniam talis lusus non sine grauitate placuit, sanciuit populus Atheniensis, vt qui ingenio præstarent, de eiusmodi rebus carmina componerent, atqz libere, & impune aduersum omne hominum genus loquerentur. Primus Susarion versibus Iambicis Comœdiam edidisse perhibetur, cuius sane poemata exciderunt. Hinc sumpto Comœdiarū exordio, ad hæc perscribenda, numerosa paulatim aucta confluxit multitudo, quæ flagitiosos homines a terris detterrebat facinoribus. Sed non multo post erupta, emersaqz hominum iniquitate, factiosis atqz Tyrānis in vrbe cōualescentibus, diuites, & publicis honoribus honestati, in Comœdijs nominari quenqz, nisi humilē, aut si modo finerent opibus insignē, exterū, nō ciuem vetuerunt, at mox largius profusa vitiorꝫ licētia, non solum nominatim, sed ne ænigmatæ, & occultis versibus scribi poemata voluerunt. Vnde poetæ, aut in diuites exteros, aut in pauperes omnes licenter sua pro libidine loquebantur.

De Triplici Comœdiarum differentia.

VNA SIQuidem Comœdia antiqua est, quæ prima palam oēs incessabat, Media vero per ænigmata. Noua quæ in exteros, aut seruos, aut paupes inuehebat. Artifex priscæ Comœdiæ, & poeta insignis fuit Aristophanes, Eupolis, & Cratinus. Mediæ vero Plato non ille phs, & Pherecrates, Tertiæ



autem Menander, Philemon, & Philistion. Cæterum primam Comœdiã ad Eupolidẽ vsq3, qdã asserunt pueniſſe, quem ob Baptas in Alcibiadẽ ſũmum Athenienſiũ ĩpatorẽ pſtrictas cõprehenſum, & ſublimẽ raptũ, in pelagus pcipitare militib⁹ ſuis mãdauit Alcibiades. vnde qdã referunt ipſum diu inter fluctus naufragũ euaſiſſe. Sed poſtea rei publicæ edicto Alcibiades edixit, neq3 Athenieñſem in Comœdia icẽſſeret, Tũcq3 Eupolidẽ, Cratinũ, Pherecratem, Platonẽ, atq3 Ariſtophanẽ iocos quoſdã inuolutos, in quẽ vis ptemptaſſẽ. Idq3 ſcd'z Comœdiaꝝ genus appellatum, qd tã diu viguit, quoad ne obſcure qdem pſtringi ciuem voluere. Naz poſt in humiles, & extremæ ſortis hoĩes, aut in cuiuſcũq3 generis exteros ꝯuerſi ſunt. Quod ſane tertiuz Comœdiæ genus fuit, a Menandro, & Philemone celebratum, qui oẽm Comœdiæ acerbitatẽ mitigauerunt, a qbus Romanos ſuas fabulas trãſtuliſſe phibẽt, apud quos primus Liuius Andronicus latino ſermone Comœdiaz ſcripſit, excito ex Hetruria ludione, qui hiſter vocabatur, a quo hiſtrionis nomen emanauit.

De Proprietate.

COMOEDIAE Proprium fuiſſe ſcribunt qdam, viginti quattuor adhibere ſaltatores, & quadratũ Chorum. Præterea cõuicia, dicaceſq3 ſermões ꝯtinere. Illud quoq3 minime ptereũdum, qd Comici, Satyrici, & Tragici, oẽs vno nomine Comici appellati ſunt, qm̃ ex vicis in vrbem eruperint, qui his dedere principium. Erin diſtributa ſcribentiũ ratio eſt, vt Comici ſeruos, & humiles. Satyrici ruſticos. Tragici diuites, & reges deſcriberent. Ac ſicut Comœdia a vicis, aut a ſomno dicta. Tragœdia ab hirco, aut a fæce. ita Satyra a Satyris, hoc eſt ruſticis, illotis & petulãtibus eſt appellata. vel a Satyra lance, quæ referta varijs, multiſq3 primitijs, in ſacris inferebatur. Notan

dum illud, quod in Comœdia amores fere, & virginū raptus, In Tragœdia luctus, exilia, cædes introducunt. in Comœdia pene semp exitus læti. in Tragœdia tristes, & liberorum, fortunarumq; priorum impar agnitio. De Genere.

DVPLEX EST Comdœdiæ genus, nam Comœdiarū alia Palliata, Togata alia. Palliata Comœdia est, quæ scdz ritus, & habitus Palliatoꝝ. i. Græcoꝝ, (nā Græci supra tunicam palliū ferebant) scænicis, atq; Græcis argumētis habitu, palliorum desiderat, quæ primū a Græcis in latinū versa est a Liuio Andronico, quē multi deide sunt secuti. Cecilius scilicet, Plautus, Terentius, Turpilius, Trabea, & plures alij. Palliataꝝ fabulaꝝ genera quattuor existunt, Tragicum in quo heroes, & reges introducebant, Comicū Græcos ritus, & Græcas exprimebat psonas. In Satyrico fere Satyroꝝ personæ, & ridicula Satyris similes, ludēdi, iocandiq; causa inducunt, vt spectator inter res tragicas, seriasq;, iocis, & lusibus delectaret. Mimica vero fabula est sermōis cuiuslibet motus, sine reuerētia. Togata Comœdia est, quæ secundum ritus, & habitus Togatorum, idest Romanorum scripta est. Scænicis, atq; latinis argumētis, togarum habitum exprimens.

Togataꝝ fabulaꝝ species sunt quattuor. Nā aliæ prætextatæ in qbus impatoꝝ negocia agebātur, dictæ a prætexta, qua reges, vel magistratus Romæ vtebant. Tabernariæ humilitate personaꝝ, & argumentoꝝ silitudine, Comœdijs pares dicunt, in qbus nō magistratus, regesq;, sed humiles hoies, & priuatæ domus inducunt, quæ qd olim tabulis tegerentur, cōmuniter Tabernariæ vocatæ sunt. Atellanæ a ciuitate Oscorū Atella, in qua primu cœperunt, sunt denominatæ. similes Satyricis, & Græcis fabulis. Planipedes Græci dicuntur Mimi. ideo a

Latinis planipedes, quod Actores planis pedib⁹.i. nudis pro scæniũ introirẽt, nõ vt Tragici Actores cũ cothurnis, neq; vt Comici cum soccis, olim in suggestu scænæ, sed in plano Orchestræ positis instris Mimicis agitabant. De Qualitate.

COMOEDIA AVT Motoria est, idest quæ res turbulẽtas inducit, vt Amphitruo. aut Stataria, hoc est, quæ res continet quietiores, vt Cistellaria, Heautontimorumenos. aut Mixta, quæ ex vtroq; actu consistit, vt Andria, Eunuchus, Adelphi, Hecyra, ⁊ Phormio. De Apellatione.

CAETERVM Comœdia, aut ab alicuius noĩe psonæ appellationẽ sumit, vt Phormio, aut a loco, vt Andria. aut a facto, Vt Asinaria, Eunuchus. aut ab euentu, vt Heautontimorumenos, ⁊ Cõmorientes. De Membris.

TRIA SVNT Comœdiæ mẽbra, Diuerbiũ, canticũ, Chorus. Diuerbia sunt partes Comœdiæ, in qbus diuersorũ psonæ versant. Personæ aũt Diuerbiorũ aut duæ, aut tres, aut raro quattuor esse debent. vltra augere numerũ nõ licet. In Cãticis vnam tm̃ esse oportet psonam, aut si duæ fuerint, ita debẽt esse, vt ex occulto vna audiat, nec loquat, sed secũ (si opus fuerit) verba faciat, ⁊ hoc Monodium appellatur. In Choris vero numerus psonarũ diffinitus non est, quippe qđ iunctim oẽs loqui debent, quasi voce confusa, ⁊ ꝯcentuz in vnam psonam reformantes, Sciendum Latinas Comœdias Chorum non hr̃e, sed duobus tm̃ membris constant, Diuerbio. s. ⁊ Cantico. Nõ est ⁊ hoc prætereundum, quod primus (auctore Aristotele) qui personas in scænam produxerit, prologos confinxerit, & per histriones fabulas repræsentauerit ignoratur. Cæterum fabulas primus confinxit Epicarmus, & Phormis. Naz ex Sicilia in Græciã ait aduectas apđ Atheniẽses. Porro Crates primus

Iambici specie orationes, ac fabulas scripsit.

De Partibus.

DIONYSIVS, Crates cognométo mallotes ꝓdiderunt, Comœdiæ partes q̃ttuor esse, Prologum, Chori melos, Episodiũ, & Exhodũ. Prologus ad igressũm vsq; Chori est, At quæ cum ingressu Chori locutio, Chori melos appellat. Episodiũ porro est melos inter cantus, & Chororum binorum locutiones. Exhodus est ad Chori finem locutio.

De Ludis scænicis.

LVDI SVNT Cærimoniæ ab Aedilib⁹ Curulib⁹ munere publico istitutæ, in qb⁹ vt p̃rimũ Comœdiæ recitabant. quor q̃ttuor maxime genera celebrant. Megalẽses magnis dijs ↄsecrati. Funebres ad retinẽdũ pp̃lz istituti, dũ põpa funeri decreta, in honorẽ patritij viri plene istruit. Plebei, pro salute plebis istituti sunt. Apollinares, Apollini ↄsecrati.

De Aris.

ARAE DVAE Erant in scæna Dijs dedicatæ, dextra. s. & sinistra, dextra Libero patri, sinistra illi deo, in cuius laudem ludi fiebant.

De Scænico habitu.

SCAENICVS Habit⁹ est idumẽti genus, quo vtebant Scænici, vt alter ab altero dignosceret. Primũ.n. Vlyssem in scænã palliatum inducere solebant, vel qđ aliquando insaniam simularit, vel ob singularem sapiam, seu qđ Ithacæ, sicut locri incolæ palliati fuerunt. Achillis, siue Neoptolemi p̃sonæ diademate coronatæ ꝓdibant, quãuis regalia sceptra nunq̃ tenuerint. Comicis senibus candidum vestimentũ dabat. Adolescentulis discolor attribuit, vt sui igenij mobilitatẽ præ se ferent. Serui amictu exiguo cõtegunt, pauptatis antiquæ gratia, vel quo expeditiores agerent. Parasiti cũ intortis pallijs ob collum veniunt, læto candidus, ærumnoso obsoletus. purpureus diuiti, Paupi phœniceus vestitus dabat. Militi chlamys purpurea.

Puellæ habitus peregrinus inducitur. Leno pallio varij coloris vtitur. Meretrici ob auaritiã luteũ datur. Luctuosæ psonæ Syrmatis incedebant, obscænicã luxuriã. Aulæa in scæna humi sternebantur, qđ pictus ornatus erat ex Attalica regia Romã vsq; platus, pro qbus Siparia ætas posterior accepit. Sciẽdũ ẽt Thespim primũ Tragica poemata plaustris vexisse. hominibus ora fæcibus punctis, Sed Roscius Gallus pcipuus histrio, primus parasitos deduxit i scænã. Aeschylus vo psonæ, pallæ, cothurni, & socci reptor habitus est. De Canticis.

CANTICA SVNT Harmoniæ, quæ nõ a poeta, sz a musicæ artis pito tẽperabant, non ijsdẽ, sed sæpe mutatis modis, vt significant, qui tres numeros in Comœdijs ponunt. Nomẽ aũt in principio fabulæ, & scriptoris, & Actoris carminibꝰ ad tibias factis pnuntiabant, vt disceret ante populus, quã fabulã acturi Scænici eẽnt. Cãtica in Comœdijs tripliciter agebant, Tibijs. s. paribꝰ, vel iparibus, dextris, aut sinistris, vel vtrisq;. Pares vel ipares tibiæ in vsu erant, qđ siquãdo Monodio agebant, vnã tibiã inflabãt, siquãdo Synodio vtrãq;, dextræ, vel sinistræ, aut Seranæ tibiæ in vsu erant, nã dextræ sua grauitate seriẽ, ꝯditionẽq; pnũtiabãt. Sinistræ aũt & Seranæ acuminis leuitate, iocũ in Comœdia oñdebãt. Vtræq; dxtra. s. & sinistra, mixtos iocos, & grauitatẽ exprimebãt. De Scæna.

SCAENA EST Vmbraculũ ex arboribꝰ cõstitutum, a rusticis prius, in vmbrationis causa cõpertũ, vbi carmina icõdita sæpius decantabãt. Est aũt duplex versilis, & ductilis, Versilis scæna est, quæ subito tota machinis qbusdã ꝯuertebat, & aliaz picturæ faciẽ oñdebat. Ductilis vo tractis tabulatis hac, atq; illac, speciem picturæ nudabat interiorem. Notandum & hoc, qđ in scæna erant Pægmata, Peripetasmata, Aulæa, Pãtomi-

mi, Præcones, Tibicines, Citharœdi, Cornicines, Choraules, Organarij, Symphoniaci, Tragoedi, Comoedi, Funãbuli, Podarij, & similia. De Diuisione Actuum.

COMOEDIA VETVS Paulatim ex numero psonarũ aucta, in quinqꝫ actus, neqꝫ plures, neqꝫ pauciores pcessit, sed paulatim attenuato choro, ita ad nouã puenit, vt non modo nõ sit chorus, sed ne locus qdẽ illi relinquat. quapropter actus (qui in Comoedia sunt) difficile est nosse in latinis fabulis, sublato choro, qui se interponẽdo, actus distinguebat. Erat autẽ chorus ex pluribus ad tibiam cõcinentibus cõpositus, non Actor alicuius ptis in fabula, sꝫ velud iudex, censorqꝫ. q sicut recte facta, & honesta pbat, ita q̃ vitiosa, & scelesta sũt reprobat, ita tñ vt actus nõ interrũperet, sꝫ p interualla finitoꝝ actuum suum cantum interponeret. De Diuisione Comoediæ.

IN Quinqꝫ partes diuidit Comoedia, in Argumentũ, Prologum, Prothesim, Epitasim, & Catastrophen. Argumentũ est totius agẽdæ fabulæ narratio, quæ ficta est, sed tñ fieri potuit. Prologus pfatio q̃dam est fabulæ, in quo solo licet pp argumẽtum aliqd ad populum, vel ex poetæ, vel ex ipsius fabulæ, vel ex Actoris cõmodo loq. Differt autem plogus a Prologio. Nã Prologus est vbi poeta excusat, aut fabula cõmendatur. Prologium vero cum tantum argumentum describit. Prothesis est primus actus fabulæ, quo pars argumenti explicat, pars retinetur, ad populi expectationem tenendam. Epitasis incrementum, pcessusqꝫ turbaꝝ est, ac totius modus erroris. Catastrophe est conuersio reruꝫ ad iocundos exitus, patefacta cunctis cognitione gestoꝝ, & hæc satis de Comoedia. Nũc hæc de metro Iambico pro tempore. De Metro IAMBICO.

IAMBICOS, ET Heroicos poetas scribit Aristoteles oiuꝫ fuisse antiqssimos. Carmenqꝫ Iambicum primũ tetrametrum



fuisse.⁊ illud satyricæ,⁊ saltationi magis accómodatam exprimere poesim. Quot aūt Iābicum ante Heroicū fuerit, vel ex eo nobis inqt Aristoteles licet intueri, qd inter loquendu₃ plura Iābica nobis spōte se se offerunt,⁊ neutiq₃ accersita succurrūt. Heroica vero q₃ rarissime,⁊ ea ipsa summissius loquēdi excedūt harmoniā. Cœpit a ɔtumelys qdem Iambū, vnde ⁊ nomē credit habuisse. Sed Polystephanus nomē duxisse existimat, ab Iambe Ancilla Metæira Hippotoontis vxore, quæ cū vidisset popularem quandā, alias iocularē mœstam mulierem, ioculares quosdā,⁊ ridiculos de ipsa cōposuit versus, a qua inqt carmen Iābicu₃. qda₃ illud ab Archiloco originē habuisse ferūt, Aristoteles tamen arbitratur inuentum, qd plus cæteris pedibus, oībus congruat sermonibus.

De Diuisione.

METRA Iābica aut sunt Monometra, hoc est quæ constant Ex duobus pedibus simplicibus. vel Dimetra ex quattuor, vel Trimetra, quæ senis ɔcludunt pedibus. Nā breuitas Iābi efficit, vt duo pedes pro vno habeantur. vel Tetrametra ex octo. Pētametra ex decē. Hexametra ex duodeci₃. Sed Pētametra,⁊ Hexametra rarissime inueniunt. Igit Trimetris,⁊ Tetrametris frequēter vtunt Comici. Rursus Metroꝝ aliud est Acatalecticū. i. cui nihil deest. Aliud Catalecticum, hoc est cui deest, aliud Brachycatalecticū, vbi syllaba, vel tps deest. Hypcatalecticū vero, vbi supest vel syllaba, vel pes dimidius, atq₃ his oībus generib⁹ Comici vtunt.

De Pedibus Iābici Metri.

SCRIBIT Hephæstion Iābicū Metrū in regione ipari, hoc est prima, tertia, qnta, aut si longius ꝑducat, Septima, Nona. Nā qñqdem apud Comicos inuenit ad decē vsq₃ pedes ꝑuenire, Iābū suscipe.⁊ p resolutionē lōgæ syllabæ Iābi, in duas breues, ibidē Tribrachū. Admittere ēt Spondeū, ad tardandā Iambi celeritatē,⁊ per resolutionē primæ Spondei, recipe ibi

dem Anapæstũ, & per resolutioné secundæ, Dactylũ, & per resolutioné vtriusq;, Proceleusmaticũ. Ita vt recipiat in his sedib9 Iãbũ, Tribrachũ, Spondeum, Anapæstũ, Dactylũ, & Proceleusmaticũ. In pari aũt, hoc est secũda, quarta, sexta, vel si lõgius euagat, octaua, & decima, Iambũ, Tribrachũ, & Anapæstũ. In fine vero pp vltimam indifferenté syllabam, ẽt Pyrrhichium. Sciendum & illud, qñ metrum Acatalecticon est, in fine Iambum excipe solum, aut Pyrrhichium. quãdo aũt Catalecticus, Iambũ in penultima regione, aut perraro Tribrachũ. Cæterũ Plautus, Ennius, Accius, Terentius, Neuius, Pacuuius, Turpilius, Afranius, & reliqui tã Comici, q̃ Tragici veteres, ita Iãbico vsi sunt, vt in oibus locis indifferẽter locauerint qnq; pedes, Iãbum. s. Tribrachũ, Anapæstũ, Dactylum, & Spõdeũ, absq; postremo loco, in quo p̄sus vel Iãbũ, vel Pyrrhichiũ po suisse inuenit. Erit autẽ probabilis Iambicus versus, aptusq; Tragœdiis, si secundum, & quartum pedem, non alios feceris q̃ Iambos, aut eum, qui Tribrachus, aut Anapæstus nomiatur, qm̃ sunt pares. Septenariũ versum fieri dicit Varro, cũ ad Iambum, qui est in sexta sede, trisyllabus pes additur, quales sunt Creticus, & Amphibrachus, qui ẽt Trimetris, & Tetrametris apud Terentiũ frequenter reperiunt. Comici poetæ oẽs fere synalœphis, episynalœphis, siue synecesibus, & collisionibus, & abiectionibus. s. litteræ sunt vsi, suos versus scãdẽdo, Terentius autem plus omnibus. Cicero quoq; in quarto Tusculanarum Euripidis Iambos transferendo, in locis paribus, tam Dactylos, q̃ Spondeos sæpe ponit. Cæterum Comici nostri in plerisq; prologis, & primis scænis trimetris vtuntur, Plautus autem in prima scæna Amphitruonis, Tetrametris vsus est, & Dimetris Brachycatalecticis. At Terentius in

omni ꝓlogo, ⁊ prima scæna trimetris vtitur. qui quãdoq; habent penultimam versus syllabam, in quibusdã longã, ⁊ in quibusdam breuẽ, deinde lõgissimos .i. tetrametros subdiderũt, qui appellantur quadrati. De Generibus.

GENERA IAMbici metri, quibus vsi sunt poetæ, plura perhibent. Nã ex his, alia integra, alia clauda, quæ Scaçonta, ⁊ Coliambica vocant, quoꝝ differentiã, penultima versus syllaba demonstrabit, nã si breuis fuerit, erit rectum, ⁊ integrũ Iambicum. sin longa, delumbe, ⁊ claudum. huius reptor fuit Hipponax. nam pro Iãbo inductis Trochæis cõtra legem Trimetri Iambici, metrũ inouauit, quod Scaçon appellat .i. claudicãs, quod quasi alienis pedibus in fine maxime sustentet, ⁊ sic claudicet. At quia nr̃i Comici Trochaicis quãdoq; vtunt, nõ erit alienum aliquid de Trochaico Breuiter referre. De Metro Trochaico.

TROCHAICVM In locis quidẽ iparibus excipit Trochæũ, Tribrachũ, Iambum, ⁊ Dactylum, in locis aũt paribus ꝓter illos, ẽt Spondeum, ⁊ Anapæstum. Cum aũt Catalecticum est, in penultima maxime Trochæum admittit, interdum Tribrachum. cum aũt Brachycatalecticum est, in penultimo loco quaterna tpa nõ recipit, hæc Hephæstion, Manlius vero Theodoricus Trochaicum inquit metrum, quãuis ⁊ Spondeũ, ⁊ Anapæstum, ⁊ Dactylum recipiat, vt Iambicum, ei tñ est ꝯtrarium, quod in Iãbico, pedes qui locis imparibus recensi sunt, in Trochaico nõ nisi paribus licet collocari. Trochæus in hoc metro, quod ex eo nomen accepit, locis oibus poni põt, Tribrachus locis oibus, ꝓter septimuꝫ, Cæteꝝ ab hoc metro, ⁊ Tribrachus, ⁊ Dactylus, ⁊ Anapæstus, nõ nisi q̃ parcissime, ⁊ ꝯsultis ꝑius auribus sunt admittendi, quod etiam in Iãbico videmus obseruari. Nam tam ⁊ si omnibus imparibus eius metri locis Tri

brachum, Anapæstum ve, aut Dactylum collocandi facultas est, rara tñ eoꝝ fit admixtio, neqꝫ vlla, vel in Iābico, vel in Trochaico metro, Iābo, aut Trochæo, q̄ꝫ cum Spōdeo aut aptior, aut frequētior pōt esse ꝯiunctio. TERENTIVS aūt Trochaico mixto, vel cōfuso cum Iambico vtitur in sermone ꝓsonarū. Cæteꝝ nos ꝑcipuo, ac singulari amore erga studiosos adulescētulos ꝓuocati, pedes, qbus v̇sus fere oēs cōficiunt, Iābico, ⁊ Trochaico metro, veluti corollariū addidimus, ne ꝑmitteret qḋ illis futurum vtile videbatur.

De Pedibus.

PES EST Cōpositio duaruꝫ, plurium ve syllabaꝝ, sub certa syllabarum, ac temporum obseruatione. dictus quod eo ita incedere numeri videantur, sicuti animalia pedibus gradiunt. Pes cōstat syllabis. Syllabæ tēporibus, Tempora vero motu. Pedes aut sunt duarum syllabarum, aut trium, aut quattuor. Pedes ex duabus syllabis constant, hi feruntur.

PYRRHICHIVS, quem aliȷ̈ Dibrachum, aliȷ̈ Aegæona appellant duabus constat breuibus, vt pater.

SPONDEVS duab⁹. syllabis lōgis, tpib⁹ quattuor, vt Musæ.

Iambus ex breui, ⁊ lōga, vt dies.

Trochæus, (quē qdā Choreū vocāt) ex lōga, ⁊ breui, vt Musa.

De trisyllabis.

DACTYLVS Trium est syllabaruꝫ, qui prima longa, ⁊ duabus constat breuibus, vt sæcula.

Anapæstus (quem quidam Antidactylum nuncupantur) habet duas breues, ⁊ vnam longam, vt domino.

TRIBRAchus, quem quidam Brachysyllabum, aliȷ̈ Trinochеon, nōnulli Pygmæona, pleriqꝫ etiā Choreum, tribus constat breuibus, ⁊ totidem temporibus, vt dominus.

Amphibrachus, queꝫ aliȷ̈ Ianium, aliȷ̈ Scolium vocant, ex breui: ⁊ longa: ⁊ breui: vt parentem.

Amphimachrus, quem alij Fescenninum dixere, alij Creticū, constat ex longa, ⁊ breui, ⁊ longa, vt nomini.
Bacchius, ex breui, ⁊ duabus longis, vt amori.
Palimbachius, ex duabus longis, ⁊ breui, vt natura.

De Quadrisyllabis.

PROCELEVSMATICVS, ex q̄ttuor breuibus, vt anicula.
Dispódeus, ex duob⁹ Spódeis. i. ex q̄ttuor lógis, vt fortunatus.
Diambus, ex breui, ⁊ longa, ⁊ breui, ⁊ longa, vt Apollini.
Ditrochæus, ex longa, breui, breui, longa, vt fulminabunt.
Antispastus, ex Iambo, ⁊ Trochæo. i. ex breui, ⁊ longa, longa, ⁊ breui, vt amaberis.
Choriábus, ex lóga, duabus breuibus, ⁊ lóga, vt Dardanidæ.
Ionicus maior, ex duab⁹ lógis, ⁊ totidē breuibus, vt labētib⁹.
Ionicus mior, ex duab⁹ breuib⁹, ⁊ duab⁹ lógis, vt lachrymabūt.
Pæon primus, ex longa, ⁊ tribus breuibus, vt nobilior.
Pæon scd̄s, ex breui, ⁊ lóga, ⁊ duabus breuibus, vt Cupidinis.
Pæon tertius, ex duab⁹ breuib⁹, lóga, ⁊ breui, vt labyrinthum.
Pæon quartus, ex tribus breuibus, ⁊ vna longa, vt animitas.
Epitritus, primus, ex breui, ⁊ tribus longis, vt amauissent.
Epitritus scd̄s, ex longa, ⁊ breui, ⁊ duabus lógis, vt seruiendo.
Epitritus tertius, ex duab⁹ lógis, breui, ⁊ lóga, vt charissimo.
Epitritus quartus, ex tribus lógis, ⁊ vna breui, vt cōfirmabat.

PVB. TERENTII VITA EX LIBRO PRIMO PETRI CRINITI, DE POETIS LATINIS.

TERENTIVS Poeta Comicus Carthaginēsis p̄ria fuit, Romā ꝓductus traditur, cum in tenera ætate foret, quibus potissimum bellis id accidit, parum compertū est, vt refert Aelius Donatus, ex Fenestellæ cōmētarijs

Illud pro certo constat, Eum Romæ diligentia Terentij Lucani patroni, accurate institutũ, atq; liberalibus disciplinis eruditum. Cũq; facilitate ingenij, & elegãtia in primis excelleret, breui ꝯsequut⁹ est vt a Terẽtio patrono esset manumissus. Per ea tempora in scæna floruit, qbus præclari, atq; egregij ciues Romæ habiti sunt. M. Marcellus. P. Scipio. Qu. Fabius Maximus. neq; desunt auctores, qui scribant eundem Terentiũ, maxima familiaritate vixisse cum. P. Scipione, & .C. Lælio. Sæpeq; solitum apud nobiliores ciuitatis cœnitare, qua in re dũ placere illis omni opera nititur, eorumq; cõmodis inseruire, ad summam inopiã traditur redactus. Statium præterea Cecilium, qui scribendis Comœdijs excelluit, magna diligentia obseruauit, eiq; suas fabulas more veterum recitare cõsueuit. Comoedias sex composuit, easq; ab Apollodoro, & Menandro poetis Græcis, in sermonem latinum conuertit, tanta sermonis elegantia, & proprietate, vt eruditorum iudicio, nihil pfectius, aut absolutius in eo scribendi genere habitũ sit apud latinos. sequutus est in his. Qu. Ennium. M. Plautum, & Neuium, vt ipse testatur, cũ suis calũniatoribus rñdet. Phormionem, & Hecyrã ab Apollodoro trãstulit, reliquas q̃ttuor a Menandro. Aelius Donatus, q cõplura diligentissime de hoc poeta scribit, cum alia multa in eo cõmendat, tũ pcipuum dicit, qđ in scribẽdis fabulis, & arte vsus est, & vt amorẽ antiquũ retinuerit, & ita tempauit affectus, vt neq; ad Tragicã magnitudinẽ intumescat, neq; abijciaᵗ ad historiam, qđ minime factum est inqt a Plauto, Afranio, & cæteris Comœdiaꝝ scriptoribus. M. Cicero in epistola ad. T. Atticum refert. Pub. Terentiũ esse optimũ auctorẽ latinitatis, eiusq; fabulas multos existimasse, propter elegantiam sermonis a .C. Lælio scriptas,

quam opinioné idé Terentius maxime videt cõfirmasse, quo magis calũniatores suos in odium traheret, sic enim refert in Adelphis fabula, sub persona prologi.

Quod illum maledictum vehemens existimant.
Eam laudem ducit maximam, cum illis placet,
Qui vobis vniuersis, & populo placent.
Quorum opera in bello, in ocyo, in negotio
Quisq; tempore vsus est sine superbia.

Horatius Flaccus, veterum poetarum optimus censor, in Cecilio grauitaté, in Terentio artem constituit. qua inter cæteros Comicos mirifice excelluit, qd Quintilianus videt sentire, in libris ad Marcellũ victoriũ. Sed idem tamen inquit maioré gratiam habuisset, si intra Trimetros cõstitisset. Ausonius quoq; Vergilium Homero, Terentium Menandro adiungit, eiq; elegantiam latini sermonis præcipue tribuit.

Tu quoq; qui latium lecto sermone Terenti
Comis, & astricto percurris pulpita socco.

Traditũ est, illũ post editas aliquot Romæ fabulas, i Græciá adnauigasse, quo facilius disciplinas Græcorum, atq; istituta perciperet, plurimasq; fabulas a poeta Menãdro in latinũ conuertisse, quæ facto naufragio pierũt. De obitu illius varia scribunt auctores. In Arcadia obijsse, cũ alij plures testantur, tum poeta Ausonius, ob nimiũ dolorem amissarum fabularũ, quas ipse naui pmiserat. De forma illius, atq; effigie referuntur complura ab Aelio Donato, qui eiusdé Comœdias magna eruditione iterpretatus est. Argumẽta illa, quæ Terẽtianis fabulis præponunt, a Sulpicio Apollinari illustri grãmatico cõposita sunt. Quod cum alijs multis argumẽtis, tum maxime antiqtate Codicum probari potest, in quibus nomé Sulpitij legitur.

Acta

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS.M.FVLVIO, ET .M. GLABRIONE. AEDILIB. CVRVLIB. EGERVNT .L. AMBIVIVS TVRPIO .L. ATTILIVS PRAENESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII .F. TIBIIS PARIBVS, DEXTRIS ET SINISTRIS, ET EST TOTA GRAECA. EDITA .M. MARCELLO ET SVLPICIO COSS.

FABVLAE INTERLOCVTORES.

SIMO Senex.
SOSIA Seruus.
DAVVS Seruus.
MYSIS Ancilla
PAMPHILVS adulescēs
CARINVS Adulescens.
BYRRHIA Seruus.
LESBIA Obstetrix.
GLYCERIVM Meretrix.
CHREMES Senex.
CRITO Hospes.
DROMO Seruus.

C.SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA.

Trimetri Iambici.

SORORE M FALSO CREDITAM MERETRICVLAE
Genere Andriæ Glyceriū vitiauit Pāphilus.
Grauidaq; facta, dat fidem vxorem sibi
Fore hanc, nam aliam pater ei desponderat
Gnatam Chremetis, atq; vt amorē cōperit,
Simulat futuras nuptias, cupiens suus
Quid haberet animi filius cognoscere.
Daui suasu non repugnat Pamphilus.

Sed ex Glycerio natum vt vidit puerulum
Chremes, recuſat nuptias, generum abdicat.
Mox filiam Glycerium inſperato agnitam,
Hanc Pamphilo dat, aliam Carino coniugem.
Verſus eiuſdem rationis.

PROLOGVS.

P OETA Cum primũ aĩum ad ſcribendũ adpulit,
Id ſibi negoti credidit ſolum dari,
Populo vt placerent quas feciſſet fabulas.
Verum aliter euenire multo intelligit,
Nam in ſcribendis prologis operam abutitur.
Non qui argumentum narret, ſed qui maleuoli
Veteris poetæ maledictis reſpondeat.
Nunc quam rem vitio dent quæſo animum aduortite.
Menander fecit Andriam, & Perinthiam,
Qui vtram vis recte norit, ambas nouerit.
Non ita ſunt diſſimili argumento, ſed tamen
Diſſimili oratione ſunt factæ, ac ſtilo.
Quæ conuenere in Andriam, ex Perinthia
Fatetur tranſtuliſſe, atq; vſum pro ſuis.
Id iſti vituperant factum, atq; in eo diſputant,
Contaminari non decere fabulas,
Faciunt ne intellegendo vt nihil intellegant.
Qui cum hunc accuſant, Neuium, Plautum, Ennium
Accuſant, quos hic noſter authores habet.
Quorum æmulari exoptat neglegentiam,
Potius q̃ iſtorum obſcuram diligentiam.
Dehinc vt quieſcant porro moneo, & deſinant
Maledicere, malefacta ne noſcant ſua,

Fauete, adeste æquo animo, & rem cognoscite.
Vt pernoscatis & quid spei sit relliquum.
Posthac quas faciet de integro comœdias,
Spectandæ, an exigendæ sint vobis prius.

Trimetri omnes.

SIMO SENEX. SOSIA SERVVS.

Actus Primus.

OS istæc intro auferte, abite, Sosia
Ades dum, paucis te volo. So. ductum puta.
Nēpe vt curentur recte hæc, Si. imo aliud, So. q̄d est
Quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius? Si.
Nihil istac opus est arte ad hanc rem quam paro.
Sed his, quas semper in te intellexi sitas,
Fide, & taciturnitate. So. expecto quid velis. Si.
Ego postq̄ te emi a paruulo, vt semper tibi
Apud me iusta, & clemens fuerit seruitus
Scis, feci ex seruo vt esses libertus mihi,
Propterea quod seruibas liberaliter.
Quod habui summum precium persolui tibi. So.
Id memoria habeo, Si. haud muto factum, So. gaudeo
Si tibi quid feci, aut facio quod placeat Simo, et
Id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam,
Sed mihi hoc molestum'st, nam istæc cōmemoratio
Quasi exprobratio est imemoris beneficij.
Quin tu vno verbo dic, quid est quod me velis. Si.
Ita faciam, hoc primum in hac re prædico tibi,
Quas credis esse has, non sunt veræ nuptiæ. So.
Cur simulas igitur? Si. rem omnem a principio audies,
Eo pacto, & gnati vitam, & consilium meum

Cognoſces, & quid te facere in hac re velim.
Nam is poſtq̃ exceſſit ex ephebis Soſia,
Liberius viuendi fuit poteſtas, nam antea
Qui ſcire poſſes, aut ingenium noſcere,
Dum ætas, metus, magiſter prohibebant? So. ita eſt. Si.
Quod pleriq; omnes faciunt adoleſcentuli,
Vt animum ad aliquod ſtudium adiungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum, aut ad philoſophos,
Horum ille nihil egregie præter cætera
Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter,
Gaudebam, So. non iniuria, nam id arbitror
Apprime in vita eſſe vtile, vt NEQVID NIMIS. Si.
Sic vita erat, facile omnes perferre ac pati
Cum quibus erat, cumq; vna his ſe ſe dedere,
Eorum obſequi ſtudijs, aduerſus nemini.
Nunq̃ præponens ſe illis, ita vt facillime
Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. So.
Sapienter vitam inſtituit, namq; hoc tempore
OBSEQVIVM AMICOS, veritas odium parit. Si.
Interea mulier quædam abhinc triennium
Ex Andro cōmigrauit huic viciniæ.
Inopia, & cognatorum neglegentia
Coacta, egregia forma, atq; ætate integra. So.
Hei vereor nequid Andria adportet mali. Si.
Primum hæc pudice vitam, parce ac duriter
Agebat, lana & tela victum quæritans.
Sed poſtq̃ amans acceſſit, precium pollicens
Vnus, & item alter, (ITA VT INGENIVM eſt omnium
Hominum, a labore procliue ad lubidinem)

Accepit conditionem, dehinc quæſtum occipit.
Qui tum illam amabant, forte (ita vt fit) filium
Perduxere illuc ſecum, vt vna eſſet meum.
Ego met continuo mecum, certe captus eſt,
Habet, obſeruabam mane illorum ſeruulos
Venientis, aut habeuntis, rogitabam heus puer
Dic ſodes, quis heri Chryſidem habuit? nam Andriæ
Illi, id erat nomen, So. teneo. Si. Phedrum, aut Cliniam
Dicebāt, aut Niceratum, nam hi tres tum ſimul
Amabant, eho quid Pamphilus? quid? Symbolam
Dedit, cœnauit, gaudebam, item alio die
Quærebam, comperiebam nihil ad Pamphilum
Quicq̃ attinere, enimuero ſpectatum ſatis
Putabam, & magnum exemplum continentiæ.
Nam qui cum ingenijs conflictatur eiuſmodi,
Neq; cōmouetur animus in ea re tamen,
Scias poſſe habere iam ipſum ſuæ vitæ modum.
Cum id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.
Quid verbis opus eſt, hac fama impulſus Chremes
Vltro ad me venit, vt vnicam gnatam ſuam
Cum dote ſumma filio vxorem daret.
Placuit, deſpondi, hic nuptijs dictus eſt dies. So.
Quid obſtat cur non veræ fiant? Si. audies.
Fere in diebus paucis, quibus hæc acta ſunt,
Chryſis vicina hæc moritur. So. o factum bene,
Beaſti, metui a Chryſide. Si. ibi tum filius
Cum illis qui amabant Chryſidem vna aderat frequens,



Curabat vna funus, triſtis interim,
Non nunq̃ collacrumabat, placuit tum id mihi,
Sic cogitabam, hic paruæ conſuetudinis
Cauſſa, mortem huius tam fert familiariter.
Quid ſi ipſe amaſſet, quid mihi hic faciet patri?
Hæc ego putabam eſſe omnia humani ingeni,
Manſuetiq; animi officia, quid multis moror?
Egomet quoq; eius cauſſa in funus prodeo,
Nil ſuſpicans etiam mali. So. hem quid eſt? Si. ſcies,
Ecfertur, imus, interea inter mulieres,
Quæ ibi aderant, forte vnam aſpicio adoleſcentulam
Forma, So. bona fortaſſe, Si. & voltu Soſia
Adeo modeſto, adeo venuſto vt nihil ſupra,
Quæ mihi tum lamentari præter cæteras
Viſa eſt, & quia erat forma præter cæteras
Honeſta ac liberali, accedo ad pediſequas,
Quæ ſit rogo, ſororem eſſe aiunt Chryſidis,
Percuſſit ilico animum, at at hoc illud eſt,
Hinc illæ lacrumæ, hæc eſt illa miſericordia, So.
Quam timeo quorſum euadat. Si. funus interim
Procedit, ſequimur, ad ſepulchrum venimus,
In ignem poſitaſt, fletur, interea hæc ſoror
Quam dixi, ad flammam acceſſit imprudentius
Satis cum periculo, ibi tum exanimatus Pamphilus
Bene diſſimulatum amorem, & celatum indicat.
Adcurrit, mediam mulierem complectitur,
Mea Glycerium inquit, quid agis? cur te is perditum?
Tum illa (vt conſuetum facile amorem cerneres)
Reiecit ſe in eum, flens q̃ familiariter. So.

Quid ais? Si. redeo inde iratus, atqꝫ ægreferens,
Nec ſatis ad obiurgandum cauſſæ, diceret,
Quid feci? quid cõmerui? aut peccaui pater?
Quæ ſe ſe voluit in ignem inÿcere, prohibui,
Seruaui, honeſta oratio eſt, So. recte putas.
Nam ſi illum obiurges vitæ qui auxilium tulit,
Quid facies illi, qui dederit damnum aut malum? Si.
Venit Chremes poſtridie ad me clamitans,
Indignum facinus comperiſſe, Pamphilum
Pro vxore habere hanc peregrinam, ego illud ſedulo
Negare factum, ille inſtat factum, deniqꝫ
Ita tum diſcedo ab illo, vt qui ſe filiam
Neget daturum, So. non tu ibi gnatum? Si. nec quidem hæc
Satis vehemens cauſſa ad obiurgandum. So. qui cedo? Si.
Tu te his rebus finem præſcripſiſti pater,
Prope adeſt cum alieno more viuendum eſt mihi,
Sine nunc meo me viuere interea modo. So.
Quis igitur relictus eſt obiurgandi locus? Si.
Si propter amorem vxorem nolit ducere.
Ea primum ab illo animauertenda iniuria ſt.
Et nunc id operam do, vt per falſas nuptias
Vera obiurgandi cauſſa ſit, ſi deneget,
Simul ſceleratus Dauos ſiquid conſili
Habet vt conſumat nunc, cum nihil obſint doli,
Quem ego credo manibus, pedibuſqꝫ obnixe omnia
Facturum, magis id adeo mihi vt incõmodet,
Quam vt obſequatur gnato. So. quapropter? Si. rogas?
Mala mens, malus animus, quem quidem ego ſi ſenſero,
Sed quid opus eſt verbis? ſine eueniat quod volo,

In Pamphilo vt nihil sit moræ, restat Chremes
Qui mihi exorandus est, & spero confore.
Nunc tuum est officium, has bene vt assimules nuptias.
Perterrefacias Dauum, obserues filium,
Quid agat, quid cum illo consilij captet. So. sat est,
Curabo, eamus iam nunc intro, Si. I. præ, sequar.

Partim Senarij, Partim Quadrati, Dimeter vnus.

SIMO. DAVVS.

ON dubium est quin vxorem nolit filius,
n Ita Dauum modo timere sensi, vbi nuptias
Futuras esse audiuit, sed ipse exit foras. Da.
Mirabar hoc si sic abiret, & heri semper lenitas
Verebar quorsum euaderet.
Qui postq̃ audierat non datum iri vxorem filio suo,
Nunq̃ cuiq̃ nostrum verbum fecit, neq; id ægre tulit. Si.
At nunc faciet neq; (vt opinor) sine tuo magno malo. Da.
Id voluit nos sic nec opinantes duci falso gaudio,
Sperantis iam amoto metu inter obscitantes opprimi,
Ne esset spatium cogitandi ad disturbandas nuptias,
Astute. S. carnufex quæ loqtur? D. herus est neq; puideraz. S.
Daue. D. hem quid est? S. ehodum ad me. D. quid hic volt? S.
quid ais? D. qua de re? S. rogas?
Meum gnatũ rumor est amare. D. id populus curat scilicet. S.
Hocine agis an nõ? D. ego vero istuc. S. sed nũc ea me exqrere
Iniqui patris est, nã quod antehac fecit, nihil ad me attinet,
Dum tempus ad eam rem tulit, siui animum vt expleret suũ,
Nunc hæc dies aliam vitam adfert, alios mores postulat.
Dehic postulo, siue æquũ ẽ te oro Daue, vt redeat iã in viã. D.
Hoc qd sit, S. oẽs qui amant grauiter sibi dari vxorẽ ferũt. D.

Ita aiunt.S.tum siquis magistrū cœpit ad eā rem improbuz,
Ipsum animū ægrotū ad deteriorē partē plerūqz adplicat.D.
Nō hercle itellego.S.nō?hē.D.nō,Dauos sū,nō Oedipus.S.
Nempe ergo aperte vis quæ restant me loqui?D.sane qdē.S.
Si sensero hodie quidq̄z in his te nuptijs fallaciæ
Conari quo fiāt min⁹,aut velle in ea re ōndet q̄z sis callidus,
Verberibus cæsum te Daue in Pistrinum dedā vsqz ad necē.
Ea lege atqz omine,vt si te inde exemerim,ego pro te molaz.
Quid hoc intellextin?an non duz?ne hoc qdē?D.imo callide
Ita aperte ipsam rē modo locutus,nil circuitione vsus es.S.
Vbi vis facilius passus sim q̄z in hac re me deludier?D.
Bona verba quæso.S.irrides?nihil me fallis,sed dico tibi
Ne temere facias,neqz haud dicas tibi non prædictum,caue.

Eiusdem rationis.

DAVVS Solus.

Niuero Daue nihil loci est segnitiæ,neqz socordiæ,
Quantum intellexi modo senis sententiā de nuptijs,
Quæ si nō astu,puidenf,me haud herū pessundabūt.
Nec quid agā certū est,Pāphilum ne adiutē,an auscultē seni,
Si illum relinquo eius vitæ timeo,sin opitulor huius minas,
Cui verba dare difficile est,primū iam de amore hoc cōperit,
Me infensus seruat,nequam faciam in nuptijs fallaciam,
Si senserit perij,aut si libitum fuerit caussam cœperit.
Quo iure quaqz iniuria præcipitem me in pistrinum dabit.
Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam,hæc Andria
Siue ista vxor,siue amica est,grauida e Pamphilo est.
Audireqz eorum est operæpretium audaciam,
Nam inceptio est amentium,haud amantium,
Quidquid peperisset decreuerunt tollere.

Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam,
Ciuem Atticam esse hanc. Fuit olim quidam senex
Mercator, nauem is fregit apud Andrum insulam,
Is obijt mortem, ibi tum hanc eiectam Chrysidis
Patrem recepisse orbam, paruam, fabulæ.
Mihi quidem hercle non fit verisimile,
Atq; ipsis cōmentum placet, sed Mysis ab ea egreditur,
At ego hinc me ad forum vt conueniam Pamphilum,
Ne de hac re pater imprudentem opprimat.

MYSIS ANCILLA. Octonarij omnes.

Vdiui Archyllis iam dudu; Lesbiam adduci iubes.
a Sane pol illa temulenta est mulier, & temeraria,
Neq; satis digna cui cōmittas primo partu mulierē.
Tamen adducam eam, importunitatem spectate Aniculæ,
Quia compotrix eius est, Di date facultatem obsecro
Huic pariundi, atq; illi in alijs potius peccandi locum.
Sed quid nā Pamphilum exanimatum video? vereor qd fiet.
Opperiar, vt sciam quid nam hæc turba tristitiæ adferat.

Quadrati partim, Trimetri nōnulli, Mo
nometer vnus, & Dimeter alter.

PAMPHILVS. MYSIS.

Ocine ē hūanū fcm̄, aut īceptū, hocine offm̄ pr̄is? M.
h Quid illud est? Pa.
Proh deū atq; hoiu; fidē, qd ē, si hæc nō ꝯtumelia ē?
Vxorem decrerat se se dare mihi hodie, non ne oportuit
Præscisse me ante? non ne prius cōmunicatum oportuit? My.
Miserā me qd verbū audio. P. qd Chremes, qui denegauerat
Se cōmissurum mihi gnatam suam vxorem, id mutauit, quia
Me imutatum videt, ita ne obstinate operam dat, vt

Me a Glycerio miserum abstrahat?quod si fit,pereo funditus.
Adeon hoiez inuenustum esse,aut infelicẽ quenq̃ ut ego sum,
Proh deum atq; hominum fidem,nullon ego
Chremetis pacto affinitatem effugere potero?quot modis
Contemptus,spretus,facta,transacta omnia,hem
Repudiatus repetor,quam ob rem,nisi id est quod suspicor,
Aliquid monstri alunt,ea quoniam nemini obtrudi potest,
Itur ad me.My.oratio haec me miseram exanimauit metu.P.
Nam quid ego nunc dicam de patre?ah tantam ne rem
Tam neglegenter agere?praeteriens modo mihi apud forum
Vxor tibi ducenda est Pãphile hodie inquit,para,abi domũ,
Id mihi visus est dicere,abi cito,ac suspende te.
Obstipui,censen me verbum potuisse vllum proloqui?
Aut vllam caussam ineptam,saltem falsam,iniquã?obmutui,
Quod si ego rescissem id prius,quid facerẽ siqs nũc me roget,
Aliqd facerẽ,vt hoc ne facerẽ,sed nũc quid primum exequar?
Tot me impediunt curae,quae meum animuz diuorse trahũt,
Amor,misericordia huius,nuptiarum solicitatio,
Tũ patris pudor,qui me tã leni passus est animo vsq; adhuc,
Quae meo cunq; animo libitum est facere,ei ne ego vt
Aduerser?hei mihi incertum est quid agam.My.
Misera timeo incertũ hoc quorsum accidat,sed nũc peropust,
Aut hunc cum ipsa,aut aliquid de illa me aduersum hũc loq.
DVM in dubio est aĩus,paulo momẽto hucilluc ipellitur.P.
Quis hic loquitur?Mysis salue.M.o salue Pamphile.P.quid agitur?My.rogas.
Laborat e dolore,atq; ex hoc misera solicita est die,
Quia olim in hunc sunt cõstitutae nuptiae,tum aũt hoc timet
Ne deseras se.Pa.ego ne istuc conari queam?



Vereor dicere huic, dic q̄so Byrrhia. B. ego dicā. P. qd est? B.
Spōsā hic tuā amat. P. ne iste haud mecū sētit, ehodū dic mihi
Nunquid nam amplius tibi cū illa fuit Carine? C. ah Pāphile,
Nihil. P. quā vellē. C. nūc te per amicitiā, & p amores obsecro,
Principio vt ne ducas. P. dabo eqdē operā. C. sed si id nō pōt.
Aut tibi hæ nuptiæ sunt cordi. P. cordi? C. saltem aliquot dies
Profer, dum proficiscor aliquo ne videam. P. audi nunc iam
Carine, ego neutiq̄ officium liberi esse hominis puto,
Cum is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi,
Nuptias effugere ego istas malo, quam tu adipiscier. C.
Reddidisti aium. P. nunc siquid potes, aut tu, aut hic Byrrhia,
Facite, fingite, inuenite, efficite, qui detur tibi,
Ego id agā, mihi q ne detur. C. sat habeo. P. Dauum optume
Video, cuius ɔsilio fretus sum. C. at tu hercle haud qdq̄ mihi,
Nisi ea q̄ nihil opus sit scire, fugin hic. B. ego vero ac lubēs.

Tetrametri Trochaici, & Senarij quidam.

DAVVS. CARINVS. PAMPHILVS.

D II Boni, boni qd porto? sed vbi inueniam Pamphilum,
Vt metū i quo nūc ē adimā, atq; expleā aium gaudio? C.
Lætus est, nescio qd. P. nihil est, nō dum hæc resciuit mala. D.
Quē ego nunc credo, si iam audierit sibi paratas nuptias. C.
Audin tu illū? D. toto me oppido exanimatum quærere,
Sed vbi quærā? aut quo nūc primū itendā? C. cessas alloq? D.
Abeo. P. Daue ades, resiste. D. quis hō est q me? o Pamphile
Te ipsum quæro, euge Carine, ambo oportune, vos volo. P.
Daue perij. D. qn tu hoc audi. P. interij. D. qd timeas scio. C.
Mea quidē hercle in dubio est vita. D. & quid tu scio. P.
Nuptiæ mihi. D. & si scio. P. hodie. D. obtūdis, tā et si itellego,
Id paues, ne ducas tu illam, tu autem vt ducas. C. rē tenes. P.

Istuc ipsum:D.atq3 istuc ipsum nihil pericli est me vide.P.
Obsecro q̃ primũ hoc me libera miserũ metu.D.hem libero.
Vxorẽ tibi nõ dat iam Chremes.P.qui scis?D.scio tuus pater
Modo me prehendit,ait tibi vxorem dare se se hodie,
Item alia multa,quae non est narrandi locus.
Continuo ad te properans,percurro ad forũ vt dicã tibi haec.
Vbi te non inuenio ibi,ascendo in quendam excelsum locum.
Circunspicio,nusq̃3,forte ibi huius video Byrrhiam.
Rogo,negat vidisse se,mihi molestum,quid agã cogito.
Redeunti interea ex ipsa re mihi incidit suspitio,hem
Paululum obsonij,ipsus tristis,de improuiso nuptiae
Nõ cohærẽt,P.quorsũ nã istuc?D.egomet ꝯtinuo ad Chremẽ,
Cum illoc aduenio,solitudo ante hostium,iam id gaudeo.C.
Recte dicis.P.perge.D.maneo,interea introire neminẽ
video,exire neminem,matronam nullam in aedibus,
Nihil ornati,nihil tumulti,accessi intro,aspexi,P.scio
Magnum signum,D.nun videntur conuenire haec nuptijs?P.
Non opinor Daue,D.opinor narras?non recte accipis,
Certa res est,etiam puerum inde abiens conueni Chremis.
Holera,& pisciculos minutos ferre obolo in cœnam seni.C.
Liberatus sum hodie Daue tua opera.D.ac nullus q̃dem.C.
Quid ita?nẽpe huic prorsus illam non dat.D.ridiculũ caput.
Quasi necesse sit si huic non dat te illam vxorem ducere.
Nisi vides,nisi senis amicos oras,ambis.C.bene mones,
Ibo,& si hercle saepe iam me spes haec frustrata est.Vale.

Eiusdem rationis cum superioribus.

PAMPHILVS. DAVVS.

q Vid igit Daue sibi volt p̃r,cur simulat?D.ego dicã tibi.
Si id succenseat nũc qua non det tibi vxorem Chremes,

Ipsius sibi esse iniurius videatur, neq; id iniuria.
Priusq; tuum animũ vt se se habeat ad nuptias perspexerit,
Sed si negaris ducere, ibi culpam omnem in te transferet,
Tum illæ turbæ fient. P. qd vis patiar? D. pater est Pāphile,
Difficile est, tum hæc sola est mulier, dictũ ac factum iuenerit
Aliquā caussam, quā ob rē eijciat oppido. P. eijciat? D. cito. P.
Cedo igitur quid faciam Daue? D. dic te ducturum. P. hem.
D. quid est? P.
Ego ne dicam? D. cur non? P. non faciam. D. ne nega. P.
Suadere noli. D. ex ea re quid fiat vide. P.
Vt ab illa excludar, hac concludar. D. non ita est,
Nempe hoc sic esse opinor dicturum patrem,
Ducas volo vxorem hodie, tu ducam inquies,
Cedo quid iurgabit tecum? hic reddes omnia
Quæ nunc sunt certa ei consilia, incerta vt fient,
Sine omni periculo, nam haud dubium est quin Chremes
Tibi non det gnatam, nec tu ea caussa minueris
Hæc quæ facis, ne is suam mutet sententiam,
Patri dic velle, vt cum velit tibi iure irasci non queat.
Nam quod tu speras propulsabo facile, vxorem his moribus
Dabit nemo, inueniet inopem, potius q̃ te corrumpi sinat.
Sed si te æquo animo ferre accipiet, neglegentem feceris.
Alia otiosus quæret, interea aliquid acciderit boni. P.
Itan credis? D. haud dubium id quidem est. P. vide quo me
inducas. D. quin taces. P.
Dicam, puerum autem ne resciscat mihi ex illa cautio est.
Nā pollicitus sũ suscepturũ. D. o facinus audax. P. hāc fidem
Sibi me obsecrauit, qui se sciret non deserturum vt darem. D.
Curabitur, sed pater adest, caue te esse tristem sentiat.

Trimetri

Trimetri Iambici.

SIMO . DAVVS . PAMPHILVS.

r Euiso qd agant, aut quid captent consili.Da. ⁓⁓
Hic nunc non dubitat quin te ducturum neges,
Venit meditatus alicunde ex solo loco,
Orationem sperat inuenisse se,
Qua differat te, proin tu fac apud te vt
Sies.Pa.mó vt possim Daue,Da.crede inquam hoc mihi.
Nunq̃ hodie tecum cómutaturum patrem
Vnum esse verbum, si te dices ducere.

Senarij vt superiores.

BIRRHIA. SIMO. DAVVS. PAMPHILVS.

Ad vsum fratris Angeli de gauardo

h Erus me relictis rebus iussit Pamphilum
Hodie obseruare, vt quid ageret de nuptijs
Scirem, id propterea nunc hunc venientem sequor.
Ipsum adeo præsto video cum Dauo, hoc agam.Si.
Vtrunq; adesse video.Da.hem serua.Si.Pamphile.Da.
Quasi de improuiso respice ad eum.Pa.hem pater.Da.
Probe.Si.hodie vxorem ducas vt dixi volo. Bi.
Nunc nostræ timeo parti quid hic respondeat. Pa.
Neq; istic, neq; alibi tibi vsq̃ erit in me mora.Bi.hem.Da.
Obmutuit.Bi.quid dixit?Si.facis vt te decet.
Cum istuc quod postulo impetro cum gratia.Da.
Sum verus?Bi.herus quantum audio vxore excidit, Si.
I, nunc iam intro, ne in mora cum opus sit sies. Pa.
Eo.Bi.nulla ne in re esse homini cuiq̃ fidem?
Verum illud verbum est, vulgo quod dici solet.
OMNES SIBI ESSE melius malle q̃ alteri.

Ego illam vidi virginem, forma bona
Memini videre, quo æquior sum Pamphilo,
Si se illam in somnis q̃ illum amplecti maluit.
Renuntiabo, vt pro hoc malo mihi det malum.

Trimetri Iambici, & vnus Septenarius.

DAVVS. SIMO.

Ic nunc me credit aliquam sibi fallaciam
Portare, & ea me hic restitisse gratia. Si.
Quid Dauus narrat? Da. æque qdq̃ nunc qdem. Si.
Nihil ne, hem? D. nihil prorsus, S. atqui expectabã quidẽ. Da.
Præter spem euenit sentio, hoc, male habet virum. S.
Potin es mihi verum dicere? Da. nihil facilius. Si.
Num illi molestæ quidpiam hæ sunt nuptiæ,
Propter huiusce hospitæ consuetudinem? Da.
Nihil hercle, aut si adeo, bidui aut tridui est
Hæc solicitudo, nostin, deinde desinet.
Etenim ipse secum eam rem recta reputauit via. Si.
Laudo. Da. dum licitum est ei, dumq; ætas tulit
Amauit, tum id clam cauit, ne vnq̃ infamiæ
Ea res sibi esset, vt virum fortem decet.
Nunc vxore opus est, animum ad vxorem adpulit. Si.
Subtristis visus est esse aliquantulum mihi. Da.
Nihil propter hanc rem, sed est quod succenset tibi. Si.
Quid nã est? D. puerile est. S. qd est? D. nihil. S. qn dic qd ẽ? D.
Ait nimium parce facere sumptum. Si. me ne? Da. te.
Vix inquit drachmis est obsonatus decem,
Non filio videtur vxorem dare.
Quem inquit vocabo ad cœnam meorum æqualium

Potissimum nunc? & quod dicendum hic fiet.
Tu quoq; perparce nimium, non laudo. S. tace. Da.
Commoui. Si. ego istaec recte vt fiant videro,
Quid nam hoc rei est? quid hic vult veterator sibi?
Nam si hic mali est quidq̃, hem, illic est huic rei caput.

Ad usum fratris angeli de ...

Versus eiusdem rationis.

MYSIS. SIMO. DAVVS. LESBIA. GLYCERIVM.

Tertius actus.

Ta pol quidem res est (vt dixti) Lesbia,
i Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum. Si.
Ab Andria ē ancilla haec, qd narras? D. itast. My. sed
Hic Pamphilus. Si. qd dicit? My. firmauit fidem. Si. hem. Da.
Vtinam aut hic surdus, aut haec muta facta sit. My.
Nam quod peperisset iussit tolli. Si. ô Iupiter
Quid ego audio? actum est, siquidem haec vera praedicat. L.
Bonum ingenium narras adulescentis. My. optumum,
Sed sequere me intro, ne in mora illi sies. L. sequor. Da.
Quod remedium nūc huic malo inueniam? Si. quid hoc?
Adeon est demens? ex peregrina, iam scio, ah
Vix tandem sensi stolidus. D. quid hic sensisse se ait? Si.
Haec primum adfertur iam mihi ab hoc fallacia,
Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant. Gly.
IVNO Lucina fer opem, serua me obsecro. Si.
Hui tam cito, ridiculum, postq̃ ante hostium
Me audiuit stare, adproperat, non sat cōmode
Diuisa sunt temporibus tibi Daue haec. D. mihin? Si.
Non immemor es discipuli. Da. ego quid narres nescio. Si.
Hicine me si imparatum in veris nuptijs

Adortus esset, quos mihi ludos redderet?
Nunc huius periculo fit, EGO IN PORTV NAVIGO.
noster est usq3 Donec
Trimetri, ⁊ Tetrametri Trochaici, ⁊ vnus Dimeter Catalecticus, ⁊ Pentameter alter.

LESBIA. SIMO. DAVVS.

a Dhuc Archyllis quæ adsolent, quæq; oportet
Signa esse ad salutem, omnia huic esse video.
Nunc primum fac istæc vt lauet, post deinde
Quod iussi ei dari bibere, ⁊ quantum imperaui.
Mox ego huc reuertar.
Ecastor scitus puer est natus Pamphilo,
Deos quæso vt sit superstes, quandoqdem ipse est ingenio bono,
Cumq; huic veritus est optume adulescenti facere iniuriam. Si.
Vel hoc qs nõ credat, qui te norit, abs te esse ortũ? Da. qd nã id
Non impabat coram qd opus facto esset puerperæ. (est? Si.
Sed postq̃ egressa est, illis quæ sunt intus clamat de via.
O Daue itan contemnor abs te? aut ita ne tãdem idoneus
Tibi videor esse, quem tam aperte fallere incipias dolis?
Saltem accurate, vt metui videar, certe si rescierim. Da.
Certe hercle nunc ipsus se fallit, haud ego. Si. edixin tibi?
Interminatus sum ne faceres? num veritus? quid retulit?
Credon tibi hoc, nunc peperisse hanc ẽ Pamphilo? Da.
Teneo quid erret, quid agam habeo. Si. quid taces? Da.
Quid credas? quasi non renũciata tibi sint hæc sic fore? Si.
Mihin quisq̃? Da. eho an tu te intellexti hoc assimularier? Si.
Irrideor. D. denũciatum est, nã q istæc tibi incidit suspitio? Si.
Qui? qz te noram. D. quasi tu dicas factum id cõsilio meo. Si.
Certe enim scio. Da. nõ satis me pnosti etiã qualis sim simo. Si.

Ego ne te? D. sed siquid tibi narrare occœpi, continuo dari
Tibi vba cẽses, S. falso. D. itaq; nihil hercle mutire iã audeo. S.
Hoc ego scio vnum, neminem peperisse hic. Da. intellextin?
Sed nihilo secius puerum deferent huc ante hostiũ.
Id ego iam nunc tibi renuncio here futurum vt sis sciens,
Ne tu hoc mihi posterius dicas, Daui factũ cõsilio, aut dolis.
Prorsus a me opinionem hanc tuam esse amotam volo. Si.
Vnde id scis? Da. audiui, & credo, Si. multa concurrunt simul,
Qui coniecturam hanc nũc facio, iam prius hæc se e Pãphilo
Grauidam dixit esse, inuentum est falsum, nunc postq̃ videt
Nuptias domi apparari, missa est ancilla ilico.
Obstetricem accersitu3 ad eam, & puerum vt adferat simul. D.
Hoc nisi fit puerum vt tu videas, nihil mouentur nuptiæ. Si.
Quid ais? cum intellexeras id consilium capere, cur non dixti
ex templo Pamphilo? Da.
Quis igitur eũ ab illa abstraxit nisi ego? nam omnes nos qdẽ
Scimus q̃3 misere hanc amarit, nunc sibi vxorem expetit,
Postremo id mihi da negoti, tu tamen has nuptias
Perge facere ita vt facis, & id spero adiutores deos. Si.
Immo abi itro, ibi me opperire, & quod parato opus est para.
Non impulit me, hæc nunc omnino vt crederem,
Atq; haud scio, an quæ dixit sint vera omnia,
Sed paruipendo, illud mihi multo maxumum est,
Quod mihi pollicitus est ipsus gnatus, nunc Chremen
Conueniam, orabo gnato vxorem, si impetro,
Quid alias malim, q̃3 hodie has fieri nuptias?
Nam gnatus quod pollicitus est haud dubiu3 id est mihi,
Si nolit, quin eum merito possim cogere,
Atq3 adeo in ipso tempore eccum ipsum obuiam.



Octonarij, ac Senarij, & Dimeter vnus.

SIMO. CHREMES.


i Vbeo Chremeté. C. o te ipsū q̄rebā. S. & ego te. C. optato ad (uenis
Aliq̄t me adierunt, ex te auditū q aiebāt, hodie filiā
Meam nubere tuo gnato, id viso, tun, an illi insaniant. Si.
Ausculta paucis, & qd ego te velim, & tu quod quæris scies. C.
Ausculto, loquere quid velis. Si.
Per ego te deos oro, & nostram amicitiam Chreme.
Quæ incœpta a paruis, cum ætate accreuit simul.
Per q; vnicam gnatam tuam, & gnatum meum,
Cuius tibi potestas summa seruandi datur,
Vt me adiuues in hac re, atq; ita vt nuptiæ
Fuerant futuræ fiant. Ch. ah ne me obsecra,
Quasi hoc te orando impetrare a me oporteat.
Alium esse censes nunc me, atq; olim cum dabam?
Si in rem est vtriq; vt fiant, accersi iube.
Sed si ex ea re plus mali est, q̄ commodi
Vtriq;, id te oro, in cōmune vt consulas,
Quasi illa tua sit, Pamphiliq; ego sim pater. Si.
Immo ita volo, itaq; postulo, vt fiat Chreme.
Neq; postulē abs te, ni ipsa res moneat. Ch. quid est? Si.
Iræ sunt inter Glycerium & gnatum. Ch. audio. Si.
Ita magnæ, vt sperem posse auelli. Ch. fabulæ. Si.
Profecto sic est. Ch. sic hercle vt dicam tibi.
AMANTIVM IRAE, Amoris in te gratio est. Si.
Hem id te oro, vt ante eamus dum tempus datur.
Dumq; eius lubido occlusa est contumelijs,
Priusquam harum scelera, & lacrumæ confictæ dolis,
Reducant animum ægrotum ad misericordiam,

Vxorem demus, ſpero conſuetudine,
Et coniugio liberali deuictum Chreme.
Dein facile ex illis ſe ſe emerſurum malis. Ch.
Tibi ita hoc videtur, at ego non poſſe arbitror,
Neqꝫ illum hanc perpetuo habere, neqꝫ me perpeti. Si.
Qui ſcis ergo iſtuc, niſi periculum feceris? Ch.
At iſtuc periculum in filia fieri graue eſt. Si.
Nempe incommoditas deniqꝫ huc omnis redit,
Si eueniat (quod Di prohibeant) diſceſſio.
At ſi corrigetur, quot commoditates vide.
Principio amico filium reſtitueris,
Tibi generum firmum, & filiæ inuenies virum. Ch.
Quid iſtic? ſi ita iſtuc animum induxti eſſe vtile.
Nolo tibi vllum commodum in me claudier. Si.
Merito te ſemper maxumum feci Chreme. Ch.
Sed quid ais? S. qd. Ch. qui ſcis eos nūc diſcordare inter ſe? Si.
Ipſus mihi Dauos, qui intumus eſt eorum conſilijs
Dixit, & is mihi perſuadet nuptias
Quantum queam vt maturem, num cenſes faceret, filium
Niſi ſciret eadem hæc velle? tute adeo iam eius audies
Verba, heus euocate huc Dauū, atqꝫ eccum video foras exire.

Verſus eiuſdem rationis cum ſuperioribus.

DAVVS. SIMO. CHREMES.

4 D te ibam. S. quid nam eſt? D. cur vxor non accerſitur?
Iam aduesperaſcit. Si. audin tu illū? ego dudum nō nihil
Veritus ſum Daue abs te ne faceres id, qđ volgus ſeruorꝫ ſolet,
Dolis vt me deluderes, propterea quod amat filius. Da.
Egon iſtuc facerem? Si. credidi, idqꝫ adeo metuens



Vos celaui quod nunc dicam. Da. quid est? Si. scies.
Nam propemodũ habeo iã tibi fidẽ. D. tandẽ cognosti q siẽ. S.
Non fuerant nuptiæ futuræ. D. quid non? Si. sed ea gratia
Simulaui, vos vt pertentarẽ. D. quid ais? S. sic res est. D. vide,
Nunquam istuc quiui ego intellegere, vah cõsilium callidũ. Si.
Hoc audi, vt hic te itroire iussi, opportune hic mihi fit obuiã. D.
Hẽ nũ nã pimus? S. narro huic, quæ tu dudũ narrasti mihi. D.
Quid nã audio? S. gnatã vt det oro, vixq; id exoro. D. occidi. S.
Hẽ, qd dixti? D. optume inq̃ factũ. S. nũc p hunc nulla ẽ mo/
Domũ mõ ibo, vt apparentur dicã, atq; huc renũtio. Si. (ra. C.
Nũc te oro Daue, quoniã solus mihi effecisti has nuptias. Da.
Ego vero solus, Si. corrigere mihi gnatum porro enitere. Da.
Faciã hercle sedulo, S. potes nũc dum animus irritatus est. D.
Quiescas. S. age igitur, vbi nũc est ipsus? D. mirũ ni domi ẽ. S.
Ibo ad eũ, atq; eadẽ hæc q̃ tibi dixi, dicã itidẽ illi. D. nllus sũ.
Quid caussæ est, quin hinc in pistrinum recta proficiscar via?
Nihil est preci loci relictum, iam perturbaui omnia,
Herum fefelli, in nnptias conieci herilem filium.
Feci hodie vt fierent, insperante hoc, atq; inuito Pamphilo,
Hem astutias, quod si quiessem, nihil euenisset mali.
Sed eccum ipsum video, occidi, vtinam mihi
Esset aliquid hic, quo nũc me præcipitem darem.

Octonarij omnes.

PAMPHILVS. DAVVS.

Bi illic est scelus qui me pdidit? D. pij. P. atq; hoc fiteor
v Iure mihi obtigisse, quãdoqdẽ tã iners, tã nulli cõsilij
Sum, seruon fortunas meas me cõmisisse futili?
ERGO PRECIVM OB STVLTICIAM FERO, sed in/
ultum id nunq̃ auferet. D.

Posthac incolumen sat scio fore me, hoc nunc si deuito malū. P
Nam quid ego nūc dicam patri? negabon velle me modo
Qui sum pollicitus ducere? qua fiducia facere id audeam?
Nec qd me nūc faciā scio, D. nec me quidē, atq; id ago sedulo.
Dicā aliqd iā me iuēturū, vt huic malo aliquā pducā morā. P.
O he. D. visus sū. P. ehodū bōe vir, qd agis? vidē me tuis ꝯsilijs
Miserū ipeditū eē? D. at iā expediā. P. expedies? D. certe pāphi. P
Nēpe vt mō. D. imo meli⁹ spo. P. oh tibi ego vt credā furcifer?
Tu rem impeditā, & perditam restituas? hem quo fretus siem?
Qui me hodie ex tranquillissima re coniecisti in nuptias,
An nō dixi hoc esse futurū? D. dixti. P. quid meritus. D. crucē.
Sed si paululū ad me redeam, iā aliquid dispiciam. P. hei mihi
Cur non habeo spatiū, vt de te sumam supplicium vt volo,
Nanq; hoc tēpus præcauere mihi me, haud te vlcisci sinit.

Senarij partim Trochaici, ptim Quadrati, vnus Pentameter.

CARINVS. PAMPHILVS. DAVVS.

Quartus actus.

Ocine est credibile, aut memorabile,
Tanta vecordia innata cuiq; vt siet,
Vt malis gaudeat, atq; ex incōmodis
Alterius, sua vt comparet commoda? ah
Id ne est verum? immo id est genus hominum pessimum.
In denegando modo quis pudor paululū adest.
Post vbi tēpus est promissa iam perfici,
Tum coacti necessario se aperiunt,
Et timent, & tamen res premit eos denegare, ibi
Tum eorum impudentissima oratio est.
Quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi? heus

Proximus ſum ego met mihi, attamen vbi fides
Si roges: nihil pudet. hic vbi opus eſt
Non verentur, illic vbi nihil opus eſt, ibi
Verentur, ſed quid agam: adeam ne ad eum: & cum eo
Iniuriam hanc expoſtulem: ingeram mala
Multa, atq; aliquis dicat, nihil promoueris,
Multum moleſtus certe ei fuero, atq; animo moré geſſero. Pa.
Carine, & me, & te imprudés (niſi qd Dij reſpiciunt) perdidi. C.
Ita ne imprudens: tandem inuenta eſt cauſſa, ſoluiſti fidé. Pa.
Quid tandé? C. etiam nüc me ſeducere iſtis dictis poſtulas: P.
Quid iſtuc eſt: C. poſtq̃ me amare dixi, côplacita eſt tibi,
Heu me miſerum, qui tuu; animú, ex animo ſpectaui meo. Pa.
Falſus es, C. nô ne eſſe tibi ſatis hoc ſolidum viſum gaudium,
Niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres.
Habeas, Pa. habeá: ah neſcis quantis in malis verſer miſer.
Quantaſq; hic ſuis conſilijs mihi confecit ſolicitudines,
Meus carnufex. C. qd iſtuc tá mirú eſt, ſi de te exéplú capit: P.
Haud iſtuc dicas ſi cognoris vel me, vel amorem meum. Ca.
Scio cum patre altercaſti dudum, & is nunc propterea tibi
Succenſet, nec te quiuit hodie cogere illam vt duceres. Pa.
Immo etiá quo tu minus ſcis erumnas meas, hæ nuptiæ
Nô apparabanť mihi, nec poſtulabat nüc quiſq; vxoré daŕ. C.
Scio tu coactus tua voluntate es. Pa. mane,
Non dum ſcis. C. ſcio equidem illam ducturum eſſe te. Pa.
Cur me eniecas: hoc audi, nunquaq; deſtitit
Inſtare, vt dicerem eſſe ducturum patri,
Suadere, orare, vſq; adeo donec ppulit. Ca. (quá ob rem: P.
Quis hô iſtuc: P. Dauus. C. Dauus: P. Dauus interturbat. Ca.
Neſcio, niſi mihi deos ſatis ſcio fuiſſe iratos, q auſcultaueri. C.

Factum est hoc Daue? Da. factum. C. hem quid ais? scelus,
At tibi Dii dignum factis exitium duint.
Eho dic mihi, si omnes hunc coniectum in nuptias
Inimici vellent, quod nisi hoc consilium darent? Da.
Deceptus sum, at non defatigatus. Ca. scio. Da.
Hac non successit, alia aggrediemur via,
Nisi id putas, quia primo processit parum,
Non posse iam ad salutem hęc conuerti malum. Pa.
Immo etiam, nam satis credo si aduigilaueris,
Ex vnis geminas mihi conficies nuptias. Da.
Ego Pamphile hoc tibi pro seruitio debeo,
Conari manibus, pedibus, noctesq; & dies,
Capitis periculum adire, dum prosim tibi.
Tuum est, siquid praeter spem euenit ignoscere,
Parum succedit quod ago, at facio sedulo,
Vel melius tute aliud reperi, me missum face. Pa.
Cupio, restitue quem a me accepisti locum. Da.
Faciã. P. at iã hoc opus est. D. hẽ, st mane cócrepuit a Glycerio hostiũ. P.
Nihil ad te. D. quaero. P. hẽ nũcine demum? Da. at iã hoc tibi
inuentum dabo.

Octonarii partim, & Senarii Trochaici.

MYSIS. PAMPHILVS. CARINVS. DAVVS.

Am vbi vbi erit inuentum tibi curabo, & mecũ adductũ
Tuũ Pamphiliũ, tu modo anime mi noli te macerare. P.
Mysis. M. qd ẽ? hẽ Pãphile, optume te mihi offers. P. qd est? M.
Orare iussit si se ames hera, iam vt ad se se venias,
Videre ait te cupere. Pa. vah perii, hoc malum integrascit,
Sicine illam, atq; me opera tua nunc miseros solicitarier?
Nam iccirco accersor nuptias, quod mihi apparari sensit. Ca.

Quibus quidem q̃z facile poterat quieſci, ſi hic quieſſet. Da.
Age ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte inſtiga. My.
Atqꝫ ædepol ea res eſt, ꝓptereaqꝫ nūc miſera in mœrore eſt. P.
Myſis per omnes tibi adiuro deos, nunq̃z eam me deſerturū.
Non ſi capiundos ſciam mihi eſſe inimicos omneis homines,
Hanc mihi expetiui, contigit, cōueniunt mores, VALEANT
Qui inter nos diſcidium volūt, hāc niſi mors mihi adimet ne/
Reſipiſco. P. nō Apollinis magis verū, atqꝫ hoc rñſū ē. (mo. C.
Si poterit fieri, vt ne pater per me ſtetiſſe credat,
Quo minus hæ fierent nuptiæ volo, ſed ſi id non poterit,
Id faciam in procliue, quod eſt, per me ſtetiſſe vt credat
Quis video? C. miſer æque atqꝫ ego. D. ꝯſiliū q̃ro. C. fortis. P.
Scio quid conere. D. hoc ego tibi ꝓfecto effectum reddam. P.
Iam hoc opus eſt. D. qn iam habeo. C. qd eſt? D. huic, non tibi
Habeo, ne erres. C. ſat habeo. P. quid facies, cedo. D.
Dies hic mihi vt ſatis ſit vereor ad agendum,
Ne vacuum eſſe me nunc ad narrandum credas,
Proinde hinc vos amolimini, nam mihi īpedimento eſtis. Pa.
Hanc ego viſam. D. qd tu? quo hinc te agis? C. verū vis dicā. D.
Immo etiā narrationis mihi incipit initium. C. qd me fiet? D.
eho tu impudens.
Nō ſat hēs, qđ tibi dieculā addo, q̃ztū huic ꝓmoueo nuptias. C.
Attamen Daue. D. quid ergo? C. vt ducam. D. ridiculum. Ca.
Huc face ad me vt venias ſiqd poteris. D. qd veniā? nihil hēo. C
Attamen ſiquid. D. age ego veniam. C. ſiquid domi ero. D.
Tum Myſis dum exeo parumper opperire me hic. My.
Quapp? D. ita facto opus eſt. M. matura. D. iā inq̃z hic adero.

Senarij omnes.

MYSIS. DAVVS.

Ihil eſſe proprium cuiq̃z?Di voſtram fidem,
n Summum bonū eſſe heræ putaui hunc Pamphilum.
Amicum,amatorem,virum in quo vis loco
Paratum,verum ex eo nunc miſera quem capit
Laborem,facile hic ipſus mali eſt,q̃z illic boni.
Sed Dauus exit,mi homo quid iſtuc obſecro eſt?
Quo portas puerum?Da.Myſis nunc opus eſt tua mihi
Ad hanc rem ex prompta malitia,atq; aſtutia. My.
Quid nam incepturus?Da.accipe a me hunc ocyus.
Atq; ante noſtram ianuam appone.My.obſecro.
Humi ne?Da.ex ara ſume hinc verbenas tibi,
Atq; eas ſubſterne.My.quam obrem id tu te nō facis?Da.
Quia ſi forte opus ſit ad herum iurandum mihi
Non appoſuiſſe,vt liquido poſſim.My.intellego.
Noua nunc relligio in te iſtæc inceſſit cedo.Da.
Moue ocyus te:vt quid agam porro intellegas.
Proh Iupiter.My.quid?Da.ſponſæ pater interuenit,
Repudio quod conſilium primum intenderam. My.
Neſcio quid narres.Da.ego quoq; hinc a dextra
Venire me aſſimulabo,tu vt ſubſeruias
Orationi,vtcunq; opus ſit verbis vide.My.
Ego quid agas nihil intellego,ſed ſiquid eſt
Quod mea opera opus ſit vobis,aut tu plus vides,
Manebo,ne quod veſtrum remorer commodum.

Partim Senarij, Partim Quadrati.

CHREMES. MYSIS. DAVVS.

r Euertor poſtq̃ quæ opus fuere ad nuptias
Gnatæ paraui,vt iubeam acceſſi,ſed quid hoc?

Puer hercle est, mulier tun posuisti hunc? My. vbi
Illic ē? Ch. nō mihi respōdes? M. hē nusq̄ est, ve miseræ mihi,
Reliquit me homo, atq; abijt. D. Dij vostram fidem,
Quid turbæ est apud forum? quid illic hominum litigant?
Tum annona cara est, quid dicam aliud nescio. My.
Cur tu obsecro hic me solam? D. hem, quæ est hæc fabula?
Eho Mysis puer hic vnde est? quis ve huc attulit? My.
Satin sanus es, qui me id rogites? D. quem ego igitur rogem?
Qui hic neminem aliūm videam? Ch. miror vnde sit. D.
Dicturan es quod rogo? My. hau. D. concede ad dexterā. My.
Deliras, non tu te ipse? D. verbum si mihi
Vnum, præter q̄ quod te rogo faxis, caue. My.
Maledicis. Da. vnde est? dic clare. My. a vobis. Da. ha, ha, hæ,
Mirum vero impudenter mulier si facit meretrix. Ch.
Ab Andria est ancilla hæc quantum intellego. Da.
Adeon videmur vobis esse idonei,
In quibus sic illudatis? Ch. veni in tempore. Da.
Propera adeo puerum tollere hinc ab ianua,
Mane, caue quoq̄ ex istoc excessis loco. My.
Di te eradicent, ita me miseram territas? Da.
Tibi ego dico, an non? My. quid vis? Da. at etiam rogas?
Cedo cuium puerum hic apposuisti? dic mihi. My.
Tu nescis? Da. mitte id quod scio, dic quod rogo? My.
Vestri. D. cuius vestri? M. Pāphili. D. hem, quid Pamphili? M.
Eho an nō est? Ch. recte, has ego semper fugi nuptias. Da.
O facinus animaduertendum. My. quid clamitas? Da.
Quem ne ego vidi heri ad vos adferri vesperi? My.
O hominem audacem. Da. verum vidi Cantharam
Suffarcinatam. My. Dijs pol habeo gratias,

Cum in pariundo aliquot adfuerunt liberæ. Da.
Næ illa illum haud nouit, cuius caussa hæc incipit,
Chremes si positum puerum ante ædis viderit,
Suam gnatam non dabit, tanto hercle magis dabit. Ch.
Non hercle faciet. Da. nunc adeo vt tu sis sciens,
Nisi puerum tollis, iam ego hunc in mediam viam
Prouoluam, teqꝫ ibidem prouoluam in luto. My.
Tu pol homo non es sobrius, Da. fallacia alia
Aliam trudit, iam susurrari audio
Ciuem Atticam esse hanc. Ch. hem. Da. coactus legibus
Eam vxorem ducet. My. eho obsecro, an non ciuis est? Ch.
Iocularium in malum insciens pene incidi. Da.
Quis hic loquitur? o Chreme per tempus aduenis,
Ausculta. Ch. audiui omnia. Da. ah ne tu omnia? Ch.
Audiui inquam a principio. Da. audistin obsecro?
Hem scelera, hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi,
Hic ille, non te credas Dauum ludere. My.
Me miseram, nihil pol falsi dixi mi senex. Ch.
Noui omnem rem, est Simo intus? Da. est. My.
Ne me attingas sceleste, si pol Glycerio non omnia hæc. Da.
Eho inepta, nescis quid sit actum, My. qui sciam? Da.
Hic socer est, alio pacto haud poterat fieri,
Vt sciret hæc quæ volumus. My. prædiceres. Da.
PAVLVM INTERESSE censes ex animo omnia
Vt fert natura facias, an de industria?

Senarij omnes præter vnum Septenarium.

CRITO. MYSIS. DAVVS.

i N hac habitasse platea dictum est Chrysidem,
Quæ se se inhoneste optauit parare hic diuitias,

Potius ꝙ̃ in patria honeſte pauper viuere,
Eius morte ea ad me lege redierunt bona,
Sed quos percontor video, ſaluete. My. obſecro.
Quem video? eſt ne hic Crito ſobrinus Chryſidis?
Is eſt. Cr. o Myſis ſalue. My. ſaluus ſis Crito. Cr.
Itan Chryſis? hem. My. nos quidem pol miſeras perdidit. Cr.
Quid vos? quo pacto hic? ſatin recte? My. nos ne?
VT QVIMVS AIVNT, quando vt volumus non licet. Cr.
Quid Glycerium? iam hic ſuos parentes repperit? My.
Vtinam. Cr. an nō dum etiam? haud auſpicato huc me appuli.
Nam pol ſi id ſciſſem, nū̃ꝙ̃ huc tetuliſſem pedem.
Semper enim dicta eſt eſſe hæc, atq; habita eſt ſoror.
Quæ illius fuere poſſidet, nunc me hoſpitem
Lites ſequi, ꝙ̃ id mihi ſit facile, atq; vtile,
Aliorum exempla commonent. ſimul arbitror
Iam aliquem eſſe amicum, & defenſorem eius, nam fere
Grandiuſcula iam profecta eſt illinc, clamitent
Me ſycophantam, hæreditatem perſequi
Mendicum, tum ipſam deſpoliare non licet. My.
Optume hoſpes pol Crito antiquum obtines. Cr.
Duc me ad eam, quando huc veni vt videã. My. maxume. Da.
Sequar hos, nolo me in tempore hoc videat ſenex.

Quadrati omnes.

CHREMES. SIMO.

¶ Quintus actus.

SAtis iam ſatis Simo ſpectata erga te amicitia eſt mea.
Satis pericli incœpi adire, orandi iam finem face.
Dum ſtudeo obſequi tibi, pene illuſi vitam filiæ. Si.

Jmmo

Immo eni nūc quā maxume abs te oro, atq; poſtulo Chremes.
Vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes. Ch.
Vides q̄ȝ iniquus ſis præ ſtudio, dum id efficies, quod cupis.
Neq; modum benignitatis, neq; quid me ores cogitas.
Nam ſi cogites, remittes me iam onerare iniurijs. Si.
Quibus? Ch. ah rogitas? ꝑpuliſti me vt homini aduleſcētulo,
In alio occupato amore, abhorrenti ab re vxoria,
Filiam vt darem in ſeditionem, atq; in incertas nuptias.
Eius labore, atq; eius dolore gnato vt me dicarer tuo,
Impetraſti, incœpi dum res tulit, nunc non fert, feras.
Illam hinc ciuē eſſe aiunt, puer eſt natus, nos miſſos face. Si.
Per ego te deos oro, vt ne illis animum inducas credere,
Quibus id maxume vtile eſt, illum eſſe q̄ȝ deterrimum.
Nuptiarū gratia hæc ſunt ficta, atq; incœpta omnia.
Vbi ea cauſſa, quā ob rē hæc faciūt, erit adēpta, his deſinēt. C.
Erras, cum Dauo egomet vidi iurgantē ancillam. Si. ſcio. Ch.
At vero voltu, cum ibi me adeſſe neuter tum præſenſerat. Si.
Credo, ⁊ id facturas Dauos dudum prædixit mihi.
Et neſcio quid tibi ſum oblitus hodie, ac volui dicere.

Quadrati, ⁊ Senarij, ⁊ vnus Dimeter.

DAVVS. CHREMES. SIMO. DROMO.

a Nimo nūc iam ocioſo eſſe impero. Ch. hē Dauū tibi. Si.
Vñ egredit̄? D. meo ꝓſidio, atq; hoſpitis. S. qd illud mali
Ego cōmodiorē hominē aduētū tp̄s nō vidi. S. ſcelus. (eſt? C.
Quē nā hic laudat? D. ois res eſt iā in vado. S. ceſſo alloq. D.
Her⁹ ē, qd agā? Si. ſalue bone vir. D. hē Simo, o nr̄ Chremes,
Omnia apparata ſunt iā intus. Si. curaſti probe. D. vbi voles

Accerse. S. bene sane, id enimuero hinc nunc abest,
Etiã tu hoc respõde, qd istic tibi negoti est? D. mihin? S. ita. D.
Mihi ne? S. tibi ego. D. modo itroij. S. q̃si ego q̃ȝ dudũ rogẽ. D.
Cuȝ tuo gnato vna. S. an ne est intus Pãphilus? crucior miser.
Eho, non tu dixtin esse inter eos inimicitias carnufex? D.
Sunt. S. cur igitur hic est? C. quid illuȝ cẽses? cũ illa litigat. Da.
Immo vero indignũ Chremes iaȝ facinus faxo ex me audies.
Nescio quis senex modo venit, ellum, confidens, Catus,
Cum faciem videas, videtur esse quanti vis pretij.
Tristis seueritas inest in voltu, atq; in verbis fides. S.
Quid nã apportas? D. nihil eqdẽ, nisi q̃d illũ audiui dicere. S.
Quid ait tandem? D. Glycerium se scire esse ciuem Atticam, S.
Hem Dromo, Dromo. Da. quid est? S. Dromo. Da. audi. S. verbum si addideris, Dromo. Da.
Audi obsecro. Dr. quid vis? S. sublimẽ intro hunc rape quantum potes. Dr.
Quẽ? S. Dauũ. Da. quã ob rẽ? S. qa lubet, rape inq̃ȝ? D. qd feci?
Si qdq̃ȝ iuenies me mẽtitũ occidito. S. nihil audio. (S. rape. D
Ego te iam cõmotum reddã. D. tam ⁊ si hoc verũ est. S. tamen
Cura adseruãdũ vinctũ, atq; audin, quadrupedẽ cõstringito.
Age nunc, iam ego pol hodie si viuo, ostendam tibi,
Herum quid sit pericli fallere, ⁊ illi patrem. Ch.
Ah ne saeui tantopere. S. o Chreme
Pietatem gnati, non ne te miseret mei,
Tantum laborem capere ob talem filium?
Age Pamphile, exi Pamphile, ecquid te pudet?

Senarij partim, ⁊ Septenarij.

PAMPHILVS. SIMO. CHREMES.

Vis me vult? perij, pater est. S. quid ais omnium? Ch.
q Ah rem potius ipsam dic, ac mitte male loqui. S.
Quasi quicq̃ in hunc iam grauius dici possiet, ain
Tandem ciuis Glycerium est? P. ita prædicant. S.
Ita prædicant? o ingentem confidentiam,
Num cogitat quid dicat? num facti piget?
Vide num eius color pudoris signum vsq̃ indicat?
Adeon impotenti esse animo, vt præter ciuium
Morem, atq; legem, & sui voluntatem patris,
Tamen hanc habere cupiat, cum summo probro? P.
Me miserum. S. hem, modo ne id demum sensisti Pamphile?
Olim istuc olim, cum ita animum induxti tuum,
Quod cuperes aliquo pacto efficiendum tibi,
Eodem die istuc verbum vere in te accidit.
Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero?
Cur meam senectutem huius solicito amentia?
An vt pro huius peccatis, ego supplicium sufferam?
Immo habeat, valeat, viuat cum illa. P. mi pater. S.
Quid mi pater? quasi tu huius indigeas patris.
Domus, vxor, liberi inuenti inuito patre.
Adducti qui illam ciuem hinc dicant, viceris. P.
Pater licet ne pauca? S. quid dices mihi? Ch.
At tamen Simo audi. S. ego audiam? quid ego audiam
Chreme? Ch. at tamen dicat sine. S. age dicat sino. P.
Ego me amare hanc fateor, si id peccare est, fateor id quoq;
Tibi pater me dedo, quid vis oneris impone, impera.
Vis me vxorē ducere, hanc vis amittere? vt potero feram.
Hoc modo te obsecro, vt ne credas a me allegatum hunc senē.



Sine me expurgē, atq3 illū huc co:ā adducā? S. adducas? P. sine
Pater. Ch. æquū postulat, da veniā. P. sine te hoc exo:ē. S. sino
Quid vis cupio, dum ne ab hoc falli comperiar Chreme. Ch.
P:o peccato magno paululum supplicij satis est patri.

Octonarij, ꝛ Senarij Trochaici, ꝛ vnus Hypermeter.

CRITO. CHREMES. SIMO. PAMPHILVS.

m Itte o:are, vna hare quæ vis caussa me vt faciam monet,
Vel tu, vel qd verū est, vel quod ipsi cupio Glycerio. Ch.
Andriū ego Critonē vido, certe is ē. Cr. saluos sis Chreme. Ch.
Quid tu Athenas insolēs? Cr. euenit, sed hicine est Simo? Ch.
Hic. Si. men quæris? eho tu Glycerium hinc ciuem esse ais? Cr.
Tu negas? Si. ita ne huc paratus aduenis? Cr. q̄ de re? Si. rogas?
Tu ne impune hoc facias? tu ne hic homines adulescentulos,
Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis?
Solicitando, ꝛ pollicitādo, eo:ā aīos lactas? Cr. sanus ne es? S.
Ac meretricios amores nuptijs conglutinas? Pa.
Perij, metuo vt substet hospes. Ch. si Simo hūc no:is satis,
Non ita arbitrere, bonus hic est vir. Si. hic vir sit bonus?
Ita ne attemperate venit hodie in ipsis nuptijs,
Vt veniret antehac nunq̄? est vero huic credēdū Chreme? Pa.
Ni metuam patrē, habeo p:o illa re quod illū moneā p:obe. S.
Sycophāta. Cr. hē. Ch. sic Crito est hic, mitte. Cr. videat q fiet,
Si mihi perget quæ volt dicere, ea quæ non volt audiet.
Ego istæc moueo, aut curo? nō tu tuū malū æquo animo feres?
Nam ego quæ dixi, vera an falsa audieris, iā sciri potest.
ATTICVS Quidā olim naui fracta apud Andrū eiectus est,
Et istæc vna parua virgo: tum ille egens fo:te adplicat

Primus ad Chrysidis patrē se.S.fabulā inceptat.Ch.sine Cr.
Ita ne vero obturbat?Ch.perge.Cr.tuꝫ is mihi cognatus fuit,
Qui eum recepit.ibi ego audiui ex illo se se esse Atticum.
Is ibi mortuꝰ ē.Ch.eiꝰ nomē.Cr.nomē tā cito tibi?Phania.Ch.
Perij.Cr.verū hercle opinor fuisse Phaniā.hoc certo scio, (hē,
Rhamnusiū se aiebat esse.Ch.o Iupiter.Cr.eadē hæc Chreme
Multi alij in Andro tuꝫ audiuere.Ch.vtinaꝫ id sit quod spero,
eho dic mihi,
Quid eam tum?suam ne esse aiebat?Cr.nō.Ch.cuiam igitur?
Cr.fratris filiam.Ch. (le.S.
Certe mea ē.Cr.qd ais?S.qd tu ais?P.arrige aures Pamphi
Qui credis?Ch.Phania ille frater meꝰ fuit.S.norā, ꝛ scio.Ch.
IS HINC belluꝫ fugiens, meqꝫ in Asiam ꝑsequens, ꝑficiscit,
Tum illā relinquere hic est veritus.post illa nunc primū audio
Quid illo sit factū.P.vix suꝫ apd̄ me, ita aīus cōmotus ē metu,
Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.Si.
Sane istā multis modis tuā inueniri gaudeo.P.credo pr̄.Ch.
At mihi vnus scrupulus ꝛ iā resta, q me male hēt.P.dignus es,
Cū tua relligiōe odiū, Nodū in scirpo q̄ris.Cr.qd istuc ē?Ch.
Nomē nō ꝯuenit.Cr.fuit hercle huic aliud puæ.Ch.qd̄ Crito?
Nūqd meministi?Cr.id quæro.P.ego ne huiꝰ memoriā patiar
Voluptati obstare?cū ego possiꝫ i hac re me dicari mihi? (meæ
Non patiar, heus Chreme quod quæris Passibula est.Cr.ipsa
est.Ch.ea st.P.
Ex ipsa milies audiui.S.omnis nos gaudere hoc Chremes
Te credo credere.Ch.Ita me Di bene ament credo.P.quid re
stat pater?Si.
Iam dudū res reduxit me ipsa in gratiā.P.o lepidum patrem,



De vxore ita vt possedi nihil mutat Chremes. Ch. caussa optu/
Nisi qd pr aliꝰ ait. P. nêpe. S. id scz. Ch. dos ē Pāphile (ma ē,
Decem talenta. P. accipio. Ch. propero ad filiā, eo mecū Crito,
Nā illā me haud nosse crdo. S. cur ñ illā huc trāsferri iubes? P.
Recte admones. Dauo ego istuc dedā iā negoti. S. nō pôt, Pa.
Qui nō pôt? S. qa hēt aliꝰ magis ex se se, & maius. P. qd nā? S.
Victus est. P. pr nō recte victus ē. S. haud ita iussi. P. iube solui,
Obsecro. S. age fiat. P. at matura. S. eo intro. P. o faustum & fe/
licem hunc diem.

Septenarij, ac Senarij Trochaici.

CARINVS. PAMPHILVS.

p Rouiso quid agat Pamphilus, atqz eccuz. Pa. aliquis
forsan me putet
Nō putare hoc verz, at mihi nunc sic eē, hoc verz lubet.
Ego vitam deorum propterea sempiternam esse arbitror,
Quod voluptates eorum proprie sunt, nam mihi īmortalitas
Parta est, si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit.
Sed quē ego potissimū exoptē nūc mihi, cui hæc narrē dari? C.
Quid illꝰ gaudij est? P. Dauon video, nemo ē quē maliz oīuz,
Nam hunc scio mea solide solum gauisurum gaudia.

Eiusdem rationis.

DAVVS. PAMPHILVS. CARINVS.

p Amphilus vbi nā hic est? P. Daue. D. quis homo est?
P. ego sum. D. o Pamphile. P. (rit scio. P.
Nescis qd mihi obtigerit. D. certe, sz qd mihi obtige/
Et equidem ego. D. MORE HOMINVM EVENIT, VT
QVOD SIM NACTVS MALI,

Prius resciſceres tu, q̄ȝ ego illud quod tibi euenit boni. P.
Mea Glyceriū ſuos parētes reppit. D. o factum bene. C. hē. P.
Pater amicus ſummus nobis. D. quis? P. Chremes. D. narras
probe. P.
Nec mora vlla eſt, quin eam vxorē ducam. C. num ille ſomniat
Ea, quæ vigilans voluit? P. tum de puero Daue. D. ah deſine,
SOLVS EST, quē diligūt dij. C. ſaluus ſū, ſi hæc vera ſunt,
Adibo, & colloquar. P. quis homo eſt? o Carine. (.C. omnia,
In tēpore ipſo mihi aduenis. C. bene factum. P. hem audiſtin?
Age me in tuis ſecundis rebus reſpice, tuus eſt nūc Chremes.
Facturum quæ voles ſcio eſſe omnia. Pa. memini.
Atqȝ adeo longum eſt, nos illum expectare dum exeat.
Seq̄re hac me, intus apd̄ Glyceriū nūc eſt, tu Daue abi domum
Propere, accerſe hinc qui auferant eā, qd ſtas? qd ceſſas? D. eo.
NE EXPECTETIS Dum exeant huc, intus deſpondebit,
Intus tranſigetur, ſiquid eſt quod reſtet. PLAVDITE.

FABVLAE INTERLOCVTORES.

PHAEDRIA	Adoleſcens.
PARMENO	Seruus.
THAIS	Meretrix.
GNATVS	Paraſitus.
CHAEREA	Adoleſcens.
THRASO	Miles.
PYTHIAS	Ancilla.
CHREMES	Senex.
ANTIPHO	Adoleſcens.

DORIAS	Ancilla.
DORVS	Eunuchus.
SANGA	Seruus.
SOPHRONA	Nutrix.
LACHES	Senex.

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS. L. POSTHVMIO. L. CORNELIO AEDILIB. CVRVLIB. EGIT. L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRAENESTINVS, TIBIIS DVABVS DEXTRIS, GRAECA MENANDRV. FACTA SECVNDA, MODOS FECIT FLACCVS. M. VALERIO. G. FANNIO COSS.

C. SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA.

Trimetri Iambici.

SORORE Falſo dictitatam Thaidis,
Id ipſum ignorans miles abduxit Thraſo.
Ipſiq; donat, erat hæc ciuis Attica.
Eidem Eunuchum quem emerat tradi iubet
Thaidis amator Phædria, ac rus ipſe abijt,
Thraſoni oratus biduum concederet.
Ephebus frater Phædriæ puellulam
Cum deperiret, dono miſſam Thaidi,
Ornatu Eunuchi induitur, ſuadet Parmeno,
Introijt, vitiat virginem, ſed Atticus
Ciuis repertus frater eius, conlocat
Vitiatam ephebo, Phædriam exorat Thraſo.

PROLOGVS.
Eiuſdem rationis.

I Quiſq̃ eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis
Quam plurimis, & minime multos lædere,
In his poeta hic nomen profitetur ſuum.
Tum ſiquis eſt, qui dictum in ſe inclementius
Exiſtimauit eſſe, ſic exiſtimet,
Reſponſum non dictum eſſe, quia læſit prior,
Qui bene vertendo, & eaſdem ſcribendo male,
Ex Græcis bonis Latinas fecit non bonas.
Idem Menandri Phaſma nunc nuper dedit,
Atq; in Thenſauro ſcripſit cauſſam dicere,
Prius vnde petitur aurum, quare ſit ſuum,
Quam ille qui petit, vnde eſſet thenſaurus ſibi,
Aut vnde in patrium monimentum peruenerit.
Dehinc ne fruſtretur, ipſe ſe, aut ſic cogitet:
Defunctus iam ſum, nihil eſt quod dicat mihi,
Is ne erret moneo, & deſinat laceſſere.
Habeo alia multa, quæ nunc condonabuntur,
Quæ proferentur poſt, ſi perget lædere,
Ita vt facere inſtituit. Nunc quam acturi ſumus
Menandri EVNVCHVM, Poſtq̃ ædiles emerunt,
Perfecit ſibi vt inſpiciundi eſſet copia,
Magiſtratus cum ibi adeſſet, occœptaſt agi.
Exclamat furem, non poetam fabulam
Dediſſe, & nihil dediſſe verborum tamen.
COLACEM Eſſe Neui, & Plauti veterem fabulam,

Parasiti personam inde ablatam, & militis.
Si id est peccatum, peccatum imprudentiast
Poetæ, non qui furtum facere studuerit.
Id ita esse vos iam iudicare poteritis.
Colax Menandri est, in ea est parasitus colax,
Et Miles gloriosus, eas se non negat
Personas trānstulisse in Eunuchum suam
Ex Græca, sed eas fabulas factas prius
Latinas scisse se, id vero pernegat.
Quod si personis isdem vti aliis non licet,
Qui magis licet currentes seruos scribere,
Bonas matronas facere, meretrices malas,
Parasitum edacem, gloriosum militem,
Puerum supponi, falli per seruum senem,
Amare, odisse, suspicari? denique
NVLLVM EST Iam pictum, quod non dictum sit prius.
Quare æquum est vos cognoscere, atque ignoscere,
Quæ veteres factitarunt si faciunt noui.
Date operam, & cum silentio animaduortite,
Vt pernoscatis quid sibi Eunuchus velit.

Trimetri omnes.

PHAEDRIA ADVLESCENS. PARMENO SERVVS.

Actus Primus.

Q Vid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem
Cum accersor vltro? an potius ita me comparem,

Non perpeti meretricum contumelias,
Excluſit,reuocat,redeam?non ſi me obſecret.P.
Siquidem hercle poſſis,nihil prius,neqꝫ fortius,
Verum ſi incipies,neqꝫ perficies nauiter,
Atqꝫ vbi pati non poteris,cum nemo expetet,
Infecta pace,vltro ad eam venies,indicans
Te amare,⁊ ferre non poſſe,actum eſt,ilicet
Periſti,eludet vbi te victum ſenſerit.Ph.
Proin tu dum eſt tempus,etiam,atqꝫ etiam cogita,P.
Here,quæ res in ſe neqꝫ conſilium,neqꝫ modum
Habet vllum,eam conſilio regere non potes,
IN AMORE HAEC OMNIA inſunt vitia,iniuriæ,
Suſpitiones,inimicitiæ,indutiæ,
Bellum,pax rurſum.incerta hæc ſi poſtules
Ratione certa facere,nihilo plus agas,
Quam ſi des operam,vt cum ratione inſanias.
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas,
Ego ne illam?quæ illum?quæ me?quæ non?ſine modo,
Mori me malim,ſentiet qui vir ſiem.
Hæc verba vna me hercle falſa lacrumula,
Quam oculos terendo miſere,vix,vi,expreſſerit,
Reſtinguet,⁊ te vltro accuſabis,⁊ dabis ei
Vltro ſupplicium.Ph.o indignum facinus,nunc ego
Et illam ſceleſtam eſſe,⁊ me miſerum ſentio.
Et tædet,⁊ amore ardeo,⁊ prudens,ſciens,
Viuus,videnſqꝫ pereo,nec quid agam ſcio.Pa.
Quid agas?niſi vt te redimas captum q̃ queas
Minimo,ſi nequeas paululo,an quanti queas,

Et ne te adflictes. Ph. ita ne ſuades? Pa. ſi ſapis,
Neqꝫ præter q̃ꝫ quas ipſe amor moleſtias
Habet addas, ⁊ illas quas habet recte feras,
Sed ecca ipſa egreditur noſtri fundi calamitas,
Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.

Eiuſdem rationis.

THAIS MERETRIX. PHAEDRIA. PARMENO.

m Iſeram me vereor: ne illud grauius Phædria
Tulerit, ne ve aliorſum, atqꝫ ego feci acceperit,
Quod heri intromiſſus nõ eſt, Ph. totus Parmeno
Tremo, horreoqꝫ, poſtq̃ꝫ aſpexi hanc, Pa. bono animo es,
Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. Th.
Quis hic loquitur? ehem tu ne eras hic mi Phædria?
Quid hic ſtabas? cur non recta introibas? Pa. cæterum
De excluſione verbum nullum. Th. quid taces? Ph.
Sane quia vero hæ mihi patent ſemper fores,
Aut quia ſum apud te primus. Th. miſſa iſtæc face. Ph.
Quid miſſa? o Thais Thais, vtinam eſſet mihi
Pars æqua amoris tecum, ac pariter fieret, vt
Aut hoc tibi doleret itidem, vt mihi dolet,
Aut ego iſtuc abs te factum nihilipenderem. Th.
Ne crucia te obſecro anime mi Phædria,
Non pol quo quenq̃ꝫ plus amem, aut plus diligam,
Eo feci, ſet ita erat res, faciundum fuit. Pa.
Credo (vt fit) miſera præ amore excluſit hunc foras. Th.

Sicine ais Parmeno?age,sed huc qua gratia
Te accersi iussi ausculta,Ph.fiat.Th.at dic mihi
Hoc primum,potin est hic tacere?Pa.ego ne?optume.
Verum heus tu hac lege tibi meam astringo fidem.
Quæ vera audiui taceo,& contineo optume.
Sin falsum,aut vanum,aut finctumst,continuo palamst.
Plenus rimarum sum,hac,atq; illac perfluo.
Proin taceri si vis,vera dicito.Th.
SAMIA Mihi mater fuit,ea habitabat Rhodi.Pa.
Potest taceri hoc.Th.ibi tum matri paruolam
Puellam dono quidam mercator dedit,
Ex Attica hinc abreptam.Ph.ciuem ne?Th.arbitror.
Certum non scimus,matris nomen,& patris
Dicebat ipsa,patriam,& signa cætera
Neq; sciebat,neq; per ætatem etiam potuerat.
Mercator hoc addebat,e prædonibus
Vnde emerat,se audisse abreptam e Sunio.
Mater ubi accœpit,cœpit studiose omnia
Docere,educare,ita vt si esset filia.
Sororem pleriq; esse credebant meam.
Ego cum illo quo cum tum vno rem habebam hospite,
Abij huc,qui mihi reliquit hæc quæ habeo omnia.Pa.
Vtrunq; hoc falsum est,effluet.Th.qui istuc?Pa.quia
Neq; tu vno eras contenta,neq; solus dedit.
Nam hic quoq; bonam,magnamq; partem ad te attulit.Th.
Itast,sed sine me peruenire quo volo.
Interea miles qui me amare occeperat,
In Cariam est profectus,te interea loci

Cognoui, tute scis post illa, quam intumum
Habeam te, et mea consilia ut tibi credam omnia. Ph.
NE HOC quidē tacebit Parmeno. P. ob, dubiū ne id est? Th.
Hoc agite amabo, mater mea illic mortuast.
Nuper eius frater aliquantum ad rem est auidior.
Is ubi hanc forma videt honesta virginem,
Et fidibus scire, pretium sperans, ilico
Producit, vendit. forte fortuna adfuit
Hic meus amicus, emit eam, dono mihi
Imprudens harum rerum, ignarusque omnium,
Is venit. postquam sensit me tecum quoque
Rem habere, fingit caussas, ne det sedulo.
Ait si fidem habeat, se iri præpositum tibi
Apud me, ac non id metuat, ne ubi acceperim
Se se relinquam, velle se illam mihi dare,
Verum id vereri, set ego quantum suspicor
Ad virginem animum adiecit. Ph. etiam ne amplius? Th.
Nihil, nam quæsiui nunc ego eam mi Phædria,
Multæ sunt caussæ, quam ob rem cupio abducere.
Primum, quod soror est dicta, præterea ut suis
Restituam, ac reddam, sola sum, habeo hic neminem,
Neque amicum, neque cognatum, quam ob rem Phædria
Cupio aliquos parare amicos beneficio meo,
Id amabo adiuta me, quo id fiat facilius,
Sine illum prioris partis per hosce aliquot dies
Aput me habere, nihil respondes? Ph. pessuma.
Egon quicquam cum istis factis tibi respondeam? P.
Heu noster, laudo, tandem perdoluit, vir es. Ph.

Aut ego neſciebam quorſum tu ires, paruola
Hinc eſt abrepta, eduxit mater pro ſua.
Soror dictaſt, cupio abducere, vt reddam ſuis.
Nempe omnia hæc nunc verba huc redeunt. deniqꝫ
Ego excludor, ille recipitur, qua gratia?
Niſi illum plus amas q̃ me, ⁊ iſtam nunc times
Quæ aduectaſt, ne illum talem præripiat tibi. Th.
Egon id timeo? Ph. quid te ergo aliud ſolicitat? cedo.
Num ſolus ille dona dat? nunc vbi meam
Benignitatem ſenſiſti in te claudier?
Non ne vbi mihi dixti cupere te ex Aethiopia
Ancillulam, relictis rebus omnibus
Quæſiui, porro Eunuchum dixti velle te,
Quia ſolæ vtuntur his reginæ, repperi.
Heri minas viginti pro ambobus dedi.
Tamen contemptus abs te, hæc habui in memoria,
Ob hæc facta abs te ſpernor. Th. quid iſtic Phædria?
Quamquam illam cupio abducere, atqꝫ hac re arbitror
Id fieri poſſe maxume, veruntamen
Potiuſq̃ te inimicum habeam, faciam vt iuſſeris. Ph.
Vtinam iſtuc verbum ex animo, ac vere diceres,
Potiuſq̃ te inimicum habeam, ſi iſtuc crederem
Syncære dici, quid vis poſſem perpeti. P.
Labaſcit victus vno verbo q̃ cito. Th.
Ego non ex animo miſera dico? q̃ ioco.
Rem voluiſti a me tandem quin perfeceris.
Ego impetrare nequeo hoc abs te biduum
Saltem vt concedas ſolum. Ph. ſiquidem biduum,

Verum ne fiant isti viginti dies, Th.
Profecto non plus biduum, aut, Ph aut? nihil moror. Th.
Non fiet hoc modo, sine te exorem. Ph. scilicet
Faciundum est quod vis. Th. merito te amo. Ph. bene facis.
Rus ibo, ibi hoc me macerabo biduum,
Ita facere certumst, mos gerundus est Thaidi,
Tu Parmeno huc fac illi adducantur. Pa. maxume. Ph.
In hoc biduum Thais Vale. Th. mi Phædria
Et tu nunquid vis aliud? Ph. ego ne quid velim?
Cum milite isto præsens, absens vt sies.
Dies, noctesqꝫ me ames, me desideres,
Me somnies, me expectes, de me cogites,
Me speres, me te oblectes, mecum tota sis,
Meus fac sis postremo animus, quando ego sum tuus. Th.
Me miseram, forsitan hic mihi paruam habeat fidem,
Atqꝫ ex aliarum ingeniis nunc me iudicet.
Ego pol quæ mihi sum conscia hoc certo scio,
Neqꝫ me finxisse falsi quicquam, neqꝫ meo
Cordi esse quenquam cariorem hoc Phædria.
Et quidquid huius feci, caussa virginis
Feci, nam me eius spero fratrem propemodum
Iam repperisse adulescentem adeo nobilem,
Et is hodie venturum ad me constituit domum.
Concedam hinc intro, atqꝫ expectabo dum venit.

Octonarii, Senarii, & Septenarii, partim Trochaici.

PHAEDRIA. PARMENO.

¶ Actus Secundus.


Fac ita

Ac ita vt iussi deducant isti. P. faciã, Ph. at diligenter. P.
f Fiet. Ph. at mature. P. fiet. Ph. satine hoc mãdatũst tibi? P.
Ah rogitare quasi difficile sit. vtinam
Tam aliquid inuenire facile possis Phædria
Quã hoc peribit. Ph. ego quoq; vna pereo, qđ mihi est carius,
Ne istuc tam iniquo patiare animo. P. minime quin
Effectum dabo, sed nunquid aliud imperas? Ph.
Munus nostrum ornato verbis quod poteris, &
Illum æmulum quod poteris ab ea pellito. P.
Memini, tã & si nullus moneas. Ph. ego rus ibo, atq; ibi mãebo. P
Cẽseo. Ph. sed heus tu. P. qd vis? Ph. cẽsen posse me ob firmar̃, &
Perpeti ne redeam interea? P. te ne? non hercle arbitror.
Nam aut iam reuertere, aut mox noctu te adigent horsum
insomnia. Ph.
Opus faciam, vt defatiger vsq; ingratus vt dormiam. P.
Vigilabis lassus, hoc plus facies. Ph. abi sis, nihil dicis Parmẽo.
Eiciunda hercle hæc est mollicies animi, nimis mihi idulgeo,
Tandẽ nõ ego illa carcã, si sit opus, vel totum triduum? P. hui
Vniuersum triduum? vide quid agas. Ph. stat sententia. P.
Di boni quid hoc morbi est? adeon homines immutarier
Ex amore, vt non cognoscas eundem esse, hoc nemo fuit
Minus ineptus, magis seuerus quisq̃; nec magis continens,
Sed qs hic est q huc pgit? at at hic qdem est parasitus Gnato
Militis, ducit secum vna virginem huic dono. papæ
Facie honesta, mirum ni ego me turpiter hodie hic dabo,
Cũ meo decrepito hoc Eunucho, hæc superat ipsam Thaidem.

Octonarij, Septenarij, ac Senarij Trochaici.

GNATO PARASITVS. PARMENO.

E



I imortales homini homo qd præstat?stulto itelligés
D Quid interest?hoc adeo ex hac re venit in mẽtẽ mihi,
Cõueni hodie adueniẽs quẽdã mei loci hic atqꝫ ordis
Hominem,haud impurum,itidẽ patria q abligurierat bona.
Video sentum,squallidum,ægrum,pannis,annisqꝫ obsitum.
Quid istuc ornatist inquã?quoniã miser quod habui pdidi,hẽ
Quo redactus sum?omnes noti me atqꝫ amici deserunt.
Hic ego illuz cõtempsi præ me,qd aio homo inq̃ ignauissime?
Itan parasti te vt spes nulla reliqua in te esset tibi?
Simul cõsilium cum re amisisti,viden me ex eodez ortum loco,
Qui color,nitor,vestitus,quæ habitudo est corporis,
Omnia hẽo,neqꝫ quidquam hẽo,nihil cũ est,nihil defit tamẽ.
At ego infelix,neqꝫ ridiculus esse,neqꝫ plagas pati
Possum,quid tu ais rebus credis fieri,tota erras via.
Olim isti fuit generi quondam quæstus apud sæclum prius.
Hoc nouum est aucupium,ego adeo hanc primus inueni viaz.
Est genus hominum qui esse primos se omnium rez volunt,
Nec sunt,hos consector,hisce ego non paro me vt rideant.
Sed his vltro adrideo,⁊ eorum ingenia admiror simul.
Quidquid dicunt laudo,id rursum si negant,laudo,id quoqꝫ
Negat quis,nego,ait,aio,postremo impaui ego met mihi
Omnia adsentari,is quæstus nunc est multo vberrimus.P.
Scitũ hercle hominẽ,hic hoies ꝓrsus ex stultis isanos facit.G.
Dum hæc loquimur,Interealoci ad macellũ vbi aduenimus,
Concurrunt læti mi obuiam Cupedenarij,Cetari,Lani,
Coqui,Fartores,Piscatores,Aucupes,
Quibus ⁊ re salua ⁊ perdita profueram,⁊ prosum sæpe,
Salutant,ad cœnam vocant,aduentum gratulantur.
Ille vbi miser,famelicus videt me esse in tantũ honorem,

Et tam facile victũ quærere, ibi homo cœpit me obsecrare,
Vt sibi liceret discere id de me, sectarier iussi, si potis est.
Tanquam philosophorum habent disciplinæ ex ipsis
Vocabula, parasiti ita vt gnatonici vocentur. P.
Viden ocyus, & cibus quid faciat alienus. G. sed ego cesso
Ad Thaidẽ hanc deducere, & rogitare ad cœnã vt veniat,
Sed Parmenonẽ ante hostium Thaidis tristem video
Riualis seruum, salua res est, nimirũ hic homines frigent.
Nebulonẽ hunc certũst ludere. P. hice hoc munere arbitrantur
Suas Thaidem esse. G. plurima salute Parmenonem
Sũmum suũ impertit Gnato, quid agitur? P. statur. G. video.
Nunqd nã hic qđ nolis vides? P. te. G. credo, at núqd aliud? P.
Qui dũ? G. q: tristis es. P. nihil eqdẽ. G. ne sis, sed qd videtur
Hoc tibi mãcipiũ? P. ñ malũ hercle. G. vro hoiẽ. P. vt falsus. G.
Quã hoc munus gratũ Thaidi arbitrare esse? P. hoc nũc dicis
Eiectos hic nos, OMNIVM RERVM HEVS vicissitu
Sex ego te totos Parmeno hos mẽses qetũ reddã, (do est. G.
Ne sursum, deorsum cursites, neue vsq; ad lucem vigiles.
Ecqd beo te? P. me ne? papæ. G. sic soleo amicos. P. laudo. G.
Detineo te fortasse tu profectus alio fueras. P.
Nusquã. G. tũ tu igitur paulum da mihi operæ, fac vt admittar
Ad illã. P. age modo, nũc tibi patent fores hæ, q: istã ducis. G.
Num quẽ euocari hinc vis foras? P. sine biduũ hoc prætereat,
Qui mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus,
Næ tu istas faxo calcibus sæpe insultabis frustra. G.
Etiam tu hic stas Parmeno? eho num nã tu hic relictus custos,
Nequis forte internuntius clam a milite ad istam cursitet? P.
Facete dictum, mira vero militi quæ placeant.
Sed video herilem filium minorem huc aduenire

Miror quid ex Pyræo abierit, nam ibi custos publice est nunc.
Non temere est, & properans venit, nescio quid circunspectat.

Octonarij, & Senarij Trochaici, & pmº Monometer Catalecticº
CHAEREA ADVLESCENS. PARMENO.
CCIDI.
o Neq; vsgo est vsq̃; neq; ego q illā e ɔspectu amisi meo,
Vbi q̃rā? vbi iuestigē? quē pcōter? quā insistam viam?
Incertus sum, vna hæc spes est, vbi vbi est diu celari non pōt.
O faciem pulchram, deleo omnes dehinc ex animo mulieres,
Tædet harum cottidianarum formarum. P. ecce autem alterū
Nescio quid de amore loquitur. o infortunatum senem.
Hic vero est qui si occœperit amare, ludum, iocumq;
Dices fuisse illum alteru; præ vt huius rabies quæ dabit. Ch.
Vt illum Di, Deæq; senium pdāt, qui me hodie remoratus est.
Meq; adeo qui restiterim, tum autem qui illū nō floccifecerim.
Sed eccū Parmenonē salue. P. qd tu es tristis, qdue es alacris?
Vnde is? Ch. ego nescio hercle, neq; vnde eam, neq; quorsum,
Eam, ita prorsum oblitus sum mei. P.
Qui q̃so? Ch. amo. P. he;. Ch. nūc te Parmeno oñdes q vir sies,
Scis ti mihi sæpe pollicitum esse Chærea aliquid inueni
Modo qd ames, in ea re vtilitate; ego faciā, vt cognoscas meā,
Cū in cellulā ad te patris penū omne cōgerebas clanculum. P.
Age inepte. Ch. ꝭ hercle factūst, fac sis nūc pmissa appareāt. P.
Si adeo digna res est, vbi tu neruos extendas tuos, Ch.
Haud similis virgost virginum nostraru;, quas matres studēt
Demissis humeris esse, vincto pectore, vt graciles sient,
Si qua est habitior paulo, pugilem esse aiunt, deducunt cibum,
Tam & si bonast natura, reddunt curatura vinceas.

Itaq; q̃ amāt.P.qd tua istæc?Ch.noua figura oris.P.papæ.C.
Color ver⁹,corp⁹ solidū & suci plenū.P.āni? Ch.āni,sedeci.P.
Flos ipse,hanc tu mihi vel vi,vel clam,vel precario.
Fac tradas,mea nihil refert dum potiar modo.P.
Quid virgo,cuiast?Ch.nescio hercle.P.vndest?Ch.tantundem.
P.vbi habitat?Ch.
Ne id qdē.P.vbi vidisti?Ch.i via.P.q̃ rōne amisti?Ch.id eq
Adueniens mecum stomachabar modo,neq; (den
Quenq̃ ego esse hominem arbitror,cui magis bonæ
Felicitates omnes aduersæ sient.P.
Quid hoc est scæleris?Ch.perij.P.quid factumst?Ch.rogas?
Patris cognatum,atq; æqualem Archidemidem
Nostin?P.quid ni.Ch.is dum sequor hanc,fit mihi obuiam.P.
Incōmode hercle,Ch.immo enimuero infeliciter.
Nam incommoda alia sunt dicenda Parmeno.
Illum liquet mihi deierare his mēsibus
Sex,vel septem prorsum non vidisse proximis.
Nisi nunc cum minime vellem,minimeq; opus fuit.
Eho nō ne hoc monstri similest?quid ais?P.maxume.Ch.
Continuo adcurrit ad me q̃ longe quidem,
Incuruus,tremulus,labijs demissis,gemens.
Heus heus dico tibi Chærea inquit,restiti.
Scin quid ego te volebam?dic.cras est mihi
Iudicium,quid tum?vt diligenter nunties
Patri,aduocatus mane mihi esse vt meminerit.
Dum hæc dicit,abijt hora,rogo nunquid velit.
Recte inquit,abeo,cum huc respicio ad virginem
Illa se se interea commodum huc aduorterat
In hanc nostram plateam.P.mirum ni hanc dicit modo,

Huic quæ dataſt dono. Ch. huc cum aduenio nulla erat. P.
Comites ſecuti ſcilicet ſunt virginem? Ch.
Verum paraſitus cum ancilla. P. ipſaſt ſcilicet.
Deſine iam conclamatumſt. Ch. alias res agis. P.
Iſtuc ago quidem. Ch. noſtin quæ ſit dic mihi, aut
Vidiſtin? P. vidi, noui, ſcio quo abducta ſit, Ch.
O Parmeno mi noſtin? P. noui, & ſcis vbi ſiet? P.
Huc deductaſt ad meretricem Thaidē, & dono dataſt. Ch.
Quis eſt tã potens cũ tanto munere hoc? P. miles Thraſo
Phædriæ riualis. Ch. duras fratris partes prædicas. P.
Immo ſi ſcias quod donũ huic dono contra comparet,
Tum magis id dicas. Ch. quod nã quæſo hercle? P. Eunuchũ.
Ch. illum ne obſecro.
Inhoneſtũ hominē, quem mercatus eſt heri ſenē mulierem? P.
Iſtunc ipſum. Ch. homo quatietur certe cum dono foras.
Sed iſtã Thaidem non ſciui nobis vicinã. P. haud diuſt. Ch.
Perij, nunquã ne etiam me illam vidiſſe? ehodum dic mihi.
Eſt ne vt fert forma? P. ſane. C. at nihil ad nr̃ã hãc. P. alia res
Obſecro hercle Parmeno fac vt potiar, P. faciã ſedulo, ac (ē. C.
Dabo operã, adiuuabo, nũquid me aliud vis? C. quo nũc is? P. do
Vt mãcipia hæc ita vt iuſſit frater ducã ad Thaidē. Ch. (mũ.
O fortunatũ iſtũ Eunuchũ, qui quidē in hanc detur domũ. P.
Quid ita? Ch. rogitas? ſumma forma ſemper conſeruã domi
Videbit, colloquetur, aderit vna in vnis ædibus,
Cibũ nonnunquam capiet cũ ea, interdũ propter dormiet. P.
Quid ſi nunc tu te fortunatus fias? Ch. quare Parmeno?
Reſponde. P. capias tu illius veſtē, C. veſtē? quid tũ poſtea? P.
Pro illo te ducã. C. audio, P. te eſſe illum dicã. Ch. intellego. P.
Tu illis fruare cõmodis, quibus tu illum dicebas modo.

Cibum vna capias, adsis, tangas, ludas, propter dormias.
Quandoquidē illarum neq; te quisq̄ nouit, neq; scit qui sies.
Praeterea forma, aetas, ipsast facile vt pro Eunucho ,pbes. Ch.
Dixti pulchre, nunquam vidi melius consilium dari.
Age eamus intro, nūc iā orna me, abduc, duc quantū potes. P.
Quid agis? iocabar eqdē. Ch. garris. P. pij qd ego egi miser?
Quo trudis? perculeris iam tu me? tibi equidē dico mane. Ch.
Eam⁹. P. pgin? C. certūst. P. vide ne nimiū callidū h̄ sit mó. C.
Non est profecto, sine. P. at eni; IN ME istaec cudetur faba, ah
Flagitiu; facinus. Ch. an id flagitiumst si in domū meretriciā
Deducar, & illis crucibus, quae nos, nostramq; adulescentiam
Habent despicatam, & quae nos semp omnibus cruciāt modis,
Nūc referam gratiā, atq; eas itide; fallam, vt ab illis fallimur.
An potius haec pati? ah aequum est fieri vt a me ludatur dolis.
Quod qui rescierint, culpent? illud merito factū oēs putent. P.
Quid istic? si certumst facere, faciam. Verum ne post conferas
Culpā i me. C. ñ faciā. P. iubes ne? Ch. iubeo, cogo, atq; ipo. P.
Nunq̄ defugiam authoritatem, sequere. C. Di vortant bene.

Senarij, & Septenarij nonnulli.

THRASO MILES. GNATO. PARMENO.

Tertius actus.

Agnas vero agere gratias Thais mihi. Gn.
m Ingentis. T. ain tu laetast? G. non tam ipso quidem
Dono, q̄ abs te datum esse, id vero serio
Triumphat. P. hoc prouiso vt vbi tempus fiet
Deducam, sed eccum militem. T. est istuc datum
Profecto, vt grata mihi sint quae facio omnia. G.
Aduorti hercle animum. T. vel rex semper maximas.



Mihi agebat quidquid feceram, alys non item. G.
Labore alieno magno partam gloriam,
Verbis sæpe in se transmouet, qui habet salem
Qui in te est. T. habes. G. rex te ergo in oculis. T. scilicet. G.
Gestire. T. verum credere omnem exercitum,
Consilia, G. mirum. T. tum sicubi eum satietas
Hominum aut negoti, siquando odium cœperat
Requiescere vbi volebat, quasi nostin. G. scio
Quasi vbi illam expueret miseriam ex animo. T. tenes.
Tum me conuiuam solum abducebat sibi. G. hui
Regem elegantem narras. T. immo sic homost
Per paucorum hominum. G. immo nullorum arbitror
Si tecum viuit. T. inuidere omnes mihi,
Mordere clanculum, ego floccipendere.
Illi inuidere misere, verum vnus tamen
Impensæ elephantis quem indicis præfecerat.
Is vbi molestus magis est, quæso inquam Strato
Eo ne es ferox, quia habes imperium in beluas. G.
Pulchre me hercle dictum & sapienter, papæ.
Iugularas hominem, quid ille? T. mutus illico. G.
Quid ni esset? P. di vestram fidem hominem perditum,
Miserumque, & illum sacrilegum. T. quid illud Gnato.
Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio,
Nunquid tibi dixi? G. nunquam, sed narra obsecro.
Plus milies iam audiui. T. vna in conuiuio
Erat hic quem dico Rhodius adulescentulus,
Forte habui scortum, cœpit ad id adludere.
Et me irridere, quid ais inquam homo impudens?
LEPVS TV TE ES, ET Pulpamentum quæris. G. ha, hæ, hæ. T.

Quid eſt? G. facete, lepide, laute, nihil ſupra.
Tuum obſecro ne hoc dictum erat? vetus credidi. T.
Audieras? G. ſæpe, ⁊ fertur imprimis. T. meumſt.
Dolet dictum impudenti adoleſcenti ⁊ libero. P.
At te dij perdant. G. quid ille quæſo? T. perditus,
Riſu omnes qui aderant emoriri, deniqꝫ
Metuebant omnes iam me. G. non iniuria. T.
Sed heus tu purgon ego me de iſtac Thaidi,
Quod eam me amare ſuſpicatur? G. nihil minus
Immo magis auge ſuſpitionem. T. cur? G. rogas?
Scin ſiquando illa mentionem Phædriæ
Facit, aut ſi laudat, te vt male vrat? T. ſentio. G.
Id vt ne fiat hæc res ſolaſt remedio,
Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam
Continuo, ſiquando illa dicit Phædriam
Intromittamus commiſſatum, tu Pamphilam
Cantatum prouocemus, ſi laudabit hæc
Illius formam, tu huius contra, deniqꝫ
Par pari referto, quod eam mordeat. T.
Siquidem me amaret, tum iſtuc prodeſſet Gnato. P.
Quando illud quod tu das expectat atqꝫ amat,
Iam dudum amat te, iam dudū illi facile fit
Quod doleat, metuet ſemper quem ipſa nunc capit
Fructum, nequando iratus tu alio conferas. T.
Benedixti, ac mihi iſtuc non in mentem venerat. G.
Ridiculum, non enim cogitaras cæterum
Idem hoc tu te melius quanto inueniſſes Thraſo.

Senarij omnes.

THAIS. THRASO. PARMENO. PYTHIAS ANCIL.

Vdire vocem visa sum modo militis,
4 Atq; eccum, salue mi Thraso. T. o Thais mea,
Meum sauium quid agitur? ecquid nos amas
De fidicina istac? P. q̃ venuste quod dedit
Principium aduenieus. Th. plurimum merito tuo. G.
Eamus ergo ad cœnam quid stas? P. hem alterum
Ex homine hunc natum dicas. Th. vbi vis non moror. P.
Adibo, atq; adsimulabo quasi nunc exeam.
Ituran Thais quopiam es? Th. hem Parmeno,
Bene fecisti hodie itura. P. quo? Th. qd, hunc vides? P.
Video, ⁊ me tædet, vbi vis dona adsunt tibi
A Phædria. Th. quid stamus? cur non imus hinc? P.
Quæso hercle vt liceat pace quod fiat tua.
Dare huic quæ volumus, conuenire ⁊ colloqui, Thr.
Perpulchra credo dona, haud nostris similia. P.
Res indicabit, heus iubete istos foras
Exire, quos iussi, ocyus tu procede huc,
Ex Aethiopia est vsq; hæc. T. hic sunt tres minæ. G.
Vix. P. vbi tu es Dore? accede huc, hem Eunuchum tibi
Quam liberali facie, q̃ ætate integra. Th.
Ita me di ament honestus est. P. quid tu ais Gnato?
Nunquid habes quod cõtempnas? quid tu autem Thraso?
Tacent, satis laudant, FAC PERICVLVM in litteris,
Fac in palestra, in musicis, quæ liberum
Scire æquum est adolescentem sollertem dabo. T.
Ego illum Eunuchum si opus sit vel sobrius. P.
Atq; hæc qui misit non sibi soli postulat
Te viuere, ⁊ sua causa excludi cæteros,
Neq; pugnas narrat, neq; cicatrices suas.

Ostentat, neq; tibi obstat, quod quidam facit.
Verum vbi molestum non erit, vbi tu voles
Vbi tempus tibi erit, sat habet si tum recipitur. T.
Apparet hunc seruum esse domini pauperis,
Miseriq;. G. nam hercle nemo possit, sat scio
Qui haberet, qui pararet alium hunc perpeti. P.
Tace tu, quem ego esse puto infra omnes infimos
Homines, nam qui huic animum adsentari induxeris.
E flãma te petere cibum posse arbitror. T.
Iam ne imus? Th. hos prius introducam, & quæ volo
Simul imperabo, postea continuo exeo. T.
Ego hinc abeo, tu istanc opperire. P. haud conuenit
Vna ire cum amica imperatore in viam. T.
Quid tibi ego multa dicam? Domini similis es, G.
Ha, ha, hæ. T. quid rides? G. istuc quod dixti modo.
Et illud de Rhodio dictum in mentem venit.
Sed Thais exit. T. abi, præcurre vt sint domi
Parata omnia. G. fiat. Th. diligenter Pythias
Fac cures, si Chremes huc forte aduenerit,
Vt ores, primum vt maneat, si id non cõmodumst
Vt redeat, si id non poterit, ad me adducito, Py.
Ita faciam. Th. quidquid aliud volui dicere, ehem
Curate istam diligenter virginem,
Domi adsitis facite. T. eamus. Th. vos me sequimini.

CHREMES. PYTHIAS ANCILLA.

Senarij omnes.

P Rofecto quanto magis magisq; cogito.
Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum.

Ita me video ab ea astute labefactarier.
Iam tum cum primum iussit me ad se accersier.
Roget quis, quid tibi cum illa? ne noram quidem.
Vbi veni, causam vt ibi manerem repperit.
Ait rem diuinam fecisse, et rem seriam
Velle agere mecum, iam tum erat suspicio
Dolo malo haec fieri omnia, ipsa accumbere
Mecum, mihi se se dare, sermonem quaerere.
Vbi friget, huc euasit, quam pridem pater
Mihi et mater mortui essent, dico iam diu.
Rus Sunii et quod habeam, et quam longe a mari.
Credo ei placere hoc, sperat se a me auellere,
Postremo, et qua inde parua perisset soror.
Et quis cum ea vna, quid habuisset cum periit,
Et quis eam posset noscere, haec cur quaeritet.
Nisi illa forte, quae olim periit paruula
Soror, hanc se intendit esse, vt est audacia.
Verum ea si viuit, annos natast sedecim
Non maior, Thais quam ego sum maiusculast.
Misit porro orare vt venirem serio.
Aut dicat quod volt, aut molesta ne siet.
Nō hercle veniam tertio, heus heus. Py. ecquis hic est? Ch.
Ego sum Chremes. Py. o capitulum lepidissimum. Ch.
Dico ego mihi insidias fieri. Py. Thais maximo
Te orabat opere, vt cras redires. Ch. rus eo. Py.
Fac amabo. Ch. nō possum inquā. Py. at tu apud nos hic mane
Dum redeat ipsa. Ch. nihil minus. Py. cur mi Chremes? Ch.
Malam rem hinc ibis. Py. si istuc ita certumst tibi,
Amabo vt illuc transeas, vbi illast. Ch. eo. Py.

Abi Dorias cito hunc deduce ad militem.

Senarij, Septenarij, Quadrati Catalectici.

ANTIPHO ADVLESCENS.

H Eri aliquot adulescentuli coimus in Pyraeo,
In hūc diem vt de symbolis essemus, Chaeream ei rei
Praefecimus, dati anuli, locus, tempus cōstitutumst.
Praeterijt tempus, quo in loco dictumst, parati nihil est.
Homo ipse nusquamst, neq; scio quid dicam, aut quid coniectē.
Nunc mihi hoc negoti caeteri dedere, illum vt quaeram.
Idq; adeo visam si domist, quis nam hinc a Thaide exit?
Is est, an nō est? ipsus est, quid hoc hominis? q hic ornat' est?
Quid illud mali est? nequeo satis mirari, neq; conicere.
Nisi quidquid est, procul hinc libet prius quid sit sciscitari.

Octonarij, & Septenarij.

CHAEREA. ANTIPHO.

N Vnqs hic ē? nemo ē, nūqs hic me seqr? nemo homost.
Iam ne erumpere hoc licet mihi gaudiū, proh Iupiter
Nunc est profecto interfici, cuz perpeti me possum,
Ne hoc gaudium contaminet vita aegritudine aliqua.
Sed neminem curiosum interuenire nunc mihi
Qui me sequatur, quo quo eam rogitando obtundat, enicet.
Quid gestiā, aut qd laetus sim, quo pgā, vnde emergā, vbi siez
Vestitū hūc nactus, qd mihi qrā, sanus sim, an ne insaniam. A.
Adibo, atq; ab eo gratiam hanc quam video velle inibo.
Chaerea, quid est qd sic gestis? quid ve sibi hic vestitus quaerit?
Quid est qd laetus sis? qd tibi vis? satin san'? qd me aspectas?
Quid taces? Ch. o festus dies hominis, amice salue.
Nemo est, quem ego magis nunc cuperem videre q̄ te. A.

Narra iſtuc q̄ſo qd fiet. Ch. imo ego te obſecro hercle vt audias,
Noſtin hãc quã amat frater? A. noui, nẽpe opinor Thaidẽ. Ch.
Iſtã ipſam. A. ſic cõmeminerã. Ch. q̄dã hodie eſt ei dono data
Virgo, quid ego eius tibi nũc faciẽ p̄dicẽ, aut laudeʒ Antipho.
Cum ipſum me noris q̄ʒ elegans formarum ſpectator ſiem?
In hac cõmotus ſum. A. ain tu? Ch. primã dices ſcio ſi videris,
Quid multa verba? amare cœpi, forte fortuna domi
Erat quidam Eunuchus, queʒ mercatus fuerat frater Thaidi,
Neqʒ is deductus etiam tum ad eam, ſũmonuit me Parmeno
Ibi ſeruus, qđ ego arripui, A. qd id eſt? C. tacitus, citi⁹ audies,
Vt veſtem cum eo mutem, ⁊ pro illo iubeam me ducier. A.
Pro Eunuchõ? C. ſic ẽ. A. qd ex ea re tãdẽ vt capes cõmodi? C.
Rogas? viderem, audireʒ, eſſem vna qua cũ cupiebã Antipho.
Num parua cauſa, aut parua ratio eſt? traditus ſum mulieri.
Illa ilico vbi me accepit, læta ad ſe adducit domum.
Cõmẽdat virginẽ. A. cui? tibi ne? Ch. mihi. A. ſatis tuto tm̃. C.
Edicit, ne vir quiſq̄ʒ ad eã adeat, ⁊ mihi ne abſcedam imperat.
In interiore parte vt maneam ſolus cum ſola, adnuo,
Terrã ituens modeſte. A. miſer. C. ego inquit ad cœnã hic eo,
Abducit ſecum ancillas, paucæ, quæ circum illã eſſent, manent
Nouitiæ puellæ, continuo hæ adornant vt lauet.
Adhortor properent, dum apparatur, virgo in cõclaui ſedet.
Suſpectãs tabulã quãdã pictam, vbi inerat pictura hæc, Ioueʒ
Quo pacto Danæ miſiſſe aiunt quõdã in gremiũ imbrẽ aureũ,
Ego met quoqʒ id ſpectare cœpi, ⁊ quia conſimilem luſerat
Iam olim ille ludum, impẽdio magis animus gaudebat mihi,
Deum ſe ſe in hominẽ conuertiſſe, atqʒ per alienas tegulas
Veniſſe clanculũ per impluuium fucum factum mulieri,
At quem deum? qui templa cœli ſumma ſonitu concutit.

Ego homuncio hoc nō facerē? ego illud vero ita feci ac iubēs.
Dum hæc mecum reputo, accersitur lauatū interea virgo,
It, lauit, redit, deinde illam in lecto illæ collocant.
Sto expectās, siqd mihi imperēt, venit vna, heus tu inqt Dore
Cape hoc flabellum, ⁊ ventulum huic sic facito dum lauamus.
Vbi nos lauerimus, si voles lauato, accipio tristis. A.
Tum equidem istuc os tuum impudens videre nimium vellē,
Qui esset status, flabellum tenere te asinum tantum. C.
Vix elocutast hoc, foras simul omnes proruunt se,
Abeunt lauatū, perstrepunt, ita vt fit, domini vbi absunt.
Interea somnus virginem opprimit, ego limis aspecto
Sic per flabellum clanculum, ⁊ simul alia circunspecto
Satine explorata sint, video esse, pessulum hostio obdo. A.
Quid tū? Ch. qd qd tum fatue? A. fateor. Ch. an ego occasionē
Mihi ostentatam tam breuem, tam optatam, tam insperatam
Amitterē? tum pol ego is essem vere qui assimulabar. A.
Sane hercle vt dicis, sed interim de symbolis quid actumst? C.
Paratumst. A. frugi es, vbi? domin? C. immo apud libertum
Discum. A.
Perlongest, sed tanto ocyus properemus, muta vestem. C.
Vbi mutem? perij, nam domo exulo, nunc metuo fratrem
Ne intus sit, porro autem pater ne rure redierit iam. A.
Eamus ad me, ibi proxumumst vbi mutes. Ch. recte dicis.
Eamus, ⁊ de istac simul re quo pacto porro possim
Potiri, consilium volo capere vna tecum. A. fiat.

¶ Actus Quartus.
Eiusdem rationis.
DORIAS.

Ita me dij bñ amẽt q̃ztũ ego illũ vidi, ñ nihil timeo mihi
Neq̃ ille hodie insanus turbam faciat, aut vim Thaidi
Nam postq̃ iste aduenit Chremes adulescens frater virginis,
Militem rogat: vt illũ admitti iubeat, ille continuo irasci,
Neq; negare audere, Thais porro instare, vt hominẽ inuitet.
Id faciebat retinendi illius causa, quia illa quæ cupiebat,
De sorore eius indicare, ad eam rem tempus non erat.
Inuitat tristis, mansit ibi, illa cum illo sermonem ilico,
Miles vero sibi putare adductum ante oculos æmulum,
Voluit facere contra huic ægre, heus inquit puer Pamphilam
Accerse, vt delectet hic nos, illa exclamat minime gentiũ,
In conuiuium illam? miles tendere inde ad iurgium.
Interea aurum sibi clam mulier demit, dat mihi vt auferam,
Hoc est signi, vbi primum poterit se illinc subducet scio.

Senarij.

PHAEDRIA.

Vm rus eo, cœpi ego met mecum inter vias,
Ita vt fit vbi quid in animo est molestiæ,
Aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in
Peiorem partem, quid opust verbis? dum hæc reputo,
Præterij imprudens villam, longe iam abieram,
Cum sensi, redeo rursum, male vero me habens,
Vbi ad ipsum veni diuerticulum, constiti.
Occœpi mecum cogitare, hem biduum hic
Manendumst soli sine illa? quid tum postea?
Nihil est, quid nihil si non tangendi copiast?
Eho ne videndi quidem erit? si illud non licet,
Saltem hoc licebit, certe extrema linea

Amare

Amare, haud nihil eſt, villam prætereo ſciens,
Sed quid hoc eſt, quod timida ſubito egreditur Pythias?

Quadrati, Senarij, & Dimeter vnus.

PYTHIAS. DORIS ANCILLAE. PHAEDRIA.

Bi ego illũ ſceleroſũ miſera atq; ipiũ iueniã? aut vbi q̃rã?
v Hocine tam audax facinus facere eſſe auſum? Ph. perij,
hoc quid ſit vereor. Py.
Quin etiam inſuper, ſcelus, poſtq̃ ludificatuſt virginem.
Veſtem omnẽ miſeræ diſcidit, tum ipſam capillo cõſcidit. Ph.
Hem. Py. qui nunc ſi detur mihi.
Vt ego vnguibus facile illi in oculos inuolẽ venefico? Ph.
Neſcio quid profecto abſente nobis turbatumſt domi,
Adibo, quid iſtuc? quid feſtinas? aut quẽ quæris Pythias? Py.
Hẽ Phædria, egon quẽ q̃rã? abi hinc quo dignus es cuꝫ donis
Tuis tam lepidis. Ph. quid iſtuc eſt rei? Py.
Rogas me? Eunuchum quẽ dediſti nobis quas turbas dedit?
Virginẽ quã heræ dederat dono miles, vitiauit. Ph. qd ais? Py.
Perij. Ph. temulẽta es. Py. vtinã ſic ſint, q mihi male volũt. D.
Hau obſecro mea Pythias, quod iſtuc nã monſtrum fuit? Ph.
Inſanis, qui iſtuc facere Eunuchus potuit? Py. ego illum neſcio
Qui fuerit, hoc quod fecit res ipſa indicat.
Virgo ipſa lacrumat, neq; cum rogites quid ſit, audet dicere.
Ille autẽ bonus vir nuſquã apparet, etiam hoc miſera ſuſpicor,
Aliquid domo abeuntem abſtuliſſe, Ph. nequeo mirari ſatis
Quo ille abire ignauus poſſit longius, niſi ſi domum
Forte ad nos redierit. Py. viſe amabo nũ ibi ſit. Ph. iã faxo ſci/
Peri obſecro tã iſandũ facinꝰ mea tu ne audiui qdẽ. Py. (es. D.
At pol ego amatores audieram eſſe mulierum eos maximos,

Sed nihil posse, verum miseræ non in mentem venerat,
Nam illũ aliquo conclusissem, neq; illi cõmisissem virginem.

Senarij, Septenarij, & Octonarij.

PHAEDRIA. DORVS. PYTHIAS. DORIS.

Xi foras scelestе, at etiam restitas?
e Fugitiue prodi, male conciliate. Do. obsecro. Ph. oh,
Illud vide os vt sibi distorsit carnufex.
Quid huc reditiost? quid vestis mutatiost?
Quid narras? paululum si cessassem Pythias,
Domi non offendissem, ita iam ornabat fugam. Py.
Habes ne hominẽ amabo? Ph. qd ni hẽas? Py. o factũ bñ. Do.
Istuc pol vero bene. Py. vbi est? Ph. rogitas? nõ vides? Py.
Videã obsecro quem? Ph. hunc scilicet. Py. quis hic est hõ? Ph.
Qui ad vos deductus hodiest. Py. hunc oculis suis
Nostrarum nunq̃ quisquam vidit Phædria. Ph.
Non vidit? Py. an tu hunc credidisti esse obsecro
Ad nos deductũ? Ph. nam quẽ alium? habui neminẽ. Py. hau
Ne comparandus hic quidem ad illumst, ille erat
Honesta facie, & liberali. Ph. ita visus est
Dudum, quia varia veste exornatus fuit,
Nunc eo tibi videtur fœdus, quia illam non habet. Py.
Tace obsecro, quasi vero paulum intersiet,
Ad nos deductus hodie est adulescentulus.
Quem tu vero videre velles Phædria.
Hic est vetus, vietus, veternosus, senex.
Colore mustelino. Ph. hem quæ hæc est fabula?
Eo redigis me, vt quid egerim ego met nesciam.
Eho tu emin ego te? Do. emisti. Py. iube mihi denuo
Respondeat. Ph. roga. Py. venistin hodie ad nos? negat.

At ille alter venit annos natus sedecim.
Quem secum adduxit Parmeno. Ph. agedum hoc mihi expedi
Primum, istam quam habes, vnde habes vestem? taces?
Monstru͂ hominis, non dicturus? Do. venit Chærea. Ph.
Frater ne? Do. ita. Ph. qn͂? Do. hodie. Ph. q͂ dudu͂? Do. mo͂. Ph.
Qui cu͂? Do. cu͂ Parmenone. Ph. noras ne eum prius? Do.
Non. Ph. vnde igitur fratre͂ meum esse sciebas? Do. Parmeno
Dicebat eum esse, is dedit mihi hanc. Ph. occidi. Do.
Meam ipse induit, post vna ambo abierunt foras. Py.
Iam satis credis me sobriam esse, & nihil mentitam?
Iam satis certum st virgine͂ vitiata͂ esse? Ph. age nu͂c belua.
Credis huic quod dicat? Py. qd isti creda͂? res ipsa indicat. Ph.
Concede istuc paululum, audin etiam nunc paululum? sat est,
Dic dum hoc rursum, Chærea tuam vestem detraxit tibi? Do.
Factu͂. P. & ea st idutu᷒? D. factu͂. P. & p te huc o͂duct᷒? Do. ita. P.
Iupiter magne, o scelestum, atq; audace͂ homine͂. Py. væ mihi,
Etiam nunc non credis indignis nos esse irrisas modis? Ph.
Mirum ni tu credas quod iste dicat, quid agam nescio.
Heus tu negato rursum, possum ne hodie ex te exculpere
Verum? vidistin fratrem Chæream? Do. non. Ph. no͂ pot sine
Malo fateri video, sequere hac, modo ait, modo negat.
Ora me. D. obsecro te vo Phædria. Ph. i, intro. Do. hoi, hei, Ph.
Alio pacto honeste quo modo hinc abeam nescio,
Actum st siqdem. tu me hic etiam nebulo ludificabere? Py.
Parmenonis ta͂ scio esse ha͂c techna͂, q͂ me viuere. Do. sic e͂. Py.
Inueniam hodie parem vbi pol referam gratiam,
Sed nunc qd faciendum censes Dorias? Dori. de istac rogas
Virgine? Py. ita, vtrum taceam ne an p͂dice͂? Do. tu pol si sapis.
Quod scis nescis, neq; de istoc Eunucho, neq; d͂ vitio virginis.

Hac re ꝛ omni te turba euolues, ꝛ illi gratum feceris.
Id modo dic abiſſe Dor. Py. ita faciã. Do. ſ3 video Chremen?
Thais iã aderit. Py. qd ita? Do. q: cũ inde abeo, iã tũ icœperat
Turba inter eos. Py. aufer aurũ3 hoc, ego ſcibo ex hoc qd fiet.

Octonarij.

CHREMES. PYTHIAS.

a T at data hercle verba mihi ſunt, vicit vinũ3 qđ bibi.
Ac dũ accubabã, q̃3 videbar mihi eſſe pulchre ſobri?
Poſtq̃3 ſurrexi, neq3 pes, neq3 mens ſatis ſuũ officiũ3 facit. Py.
Chreme. Ch. quis eſt? ehem Pythias, vah quãto nũc formoſior
Videre mihi q̃3 dudũ. Py. certe tu qde3 pol multo hilarior. Ch.
Verbũ hercle h3 ver ẽ. SINE CERERE Et libo friget Ven⁹,
Sed Thais multo ante venit. Py. an abijt iam a milite? Ch.
Iam dudum ætatem, lites ſunt inter eos factæ maxumæ. Py.
Nihil dixit tũ vt ſeq̃rere ſe. Ch. nihil, niſi abiẽs mihi innuit. P.
Eho nõ ne id ſat erat? Ch. at neſciebã id dicere illam, niſi quia
Correxit miles, quod intellexi minus, nam me extruſit foras.
Sed ecca3 ipſam, miror vbi ego huic ante vorterim.

Octonarij, ꝛ ſeptenarij.

THAIS. CHREMES. PYTHIAS.

c Redo eqdẽ illũ iã affuturũ eſſe, vt illã a me eripiat, ſine
Vt veniat, q ſi illã digito attigerit vno, oculi ilico effo
Vſq3 adeo ego illi⁹ ferrẽ poſſũ ieptias, ꝛ magnifica v̈ba, (dienẽ.
Verba dũ ſint, verum enim ſi ad re3 conferenẽ vapulabit. Ch.
Thais ego iã dudũ hic ad ſũ3. Th. o mi Chreme te ip̃3 expecta/
Scin tu turbã hãc te p̄p eẽ factã? ꝛ adeo ad te attinere hãc (bã.
Omnẽ rẽ? Ch. ad me? q q̃ſi iſtuc? Th. q: dũ tibi ſororem ſtudeo
Reddere, ꝛ reſtituere, hæc atq3 huiuſmodi ſũ3 mlta paſſa. Ch.

Vbi ea ſt. Th. domi apud me. Ch. hem. Th. quid eſt?
Educta ita vt teq; illaq; dignū ſt. Ch. qd ais? Th. id quod res ē
Hanc tibi dono do, neq; repeto p illa abſte quicq̄ p̄cij. Ch.
Et habet, & refert a me Thais tibi, ita vti merita es gratia. T.
At enim caue ne priuſq̄ hanc a me accipias amittas Chreme.
Nam hæc ea eſt, quam miles a me vi nunc ereptum venit.
Abi, tu ciſtellam Pythias domo effer cum monumentis. Ch.
Viden tu illum Thais? Py. vbi ſita eſt? T. in Riſco, odioſa ceſ
Militem ſecum ad te quantas copias adducere. T. (ſas? Ch.
At at, num formidoloſus obſecro es mi homo? Ch. apageſis,
Egon formidoloſus? nemo eſt hominum qui viuat minus. T.
Atq; ita opꝰ ē. Ch. hau metuo, quē tu me eē hoiē exiſtumes? T.
Immo hoc cogitato, qui cum res tibi eſt, peregrinus eſt,
Minus potēs q̄ tu, minus notus, amicoꝝ hic minꝰ habēs. Ch.
Scio iſtuc. SED TV QVOD CAVERE poſſis ſtultū amit
Malo ego nos ꝓſpicere q̄ hūc vlciſci accepta iniuria. (tere ē.
Tu abi, atq; hoſtiū obſera intus, dū ego hinc trāſcurro ad foꝝ,
Volo ego adeſſe hic aduocatos nob in turba hac. T. mane. Ch.
Meliꝰ ē. Th. māe. Ch. omitte, iā iſtic adero. Th. nihil opꝰ ē iſtis
Hoc dic mō, ſororē illā tuā eſſe, & te paruam virginē (Chreme
Amiſiſſe, nūc cognoſſe, ſigna oſtende. Py. adſunt. T. cape,
Si vim faciet, in ius ducito hominem, intellextin? Ch. pbe. T.
Fac hæc animo p̄ſenti dicas. Ch. faciam. Th. attolle pallium.
Perij, huic ipſi eſt opus patrono, quem defenſorem paro.

Septenarij, & Quadrati.

THRASO. GNATO. SANGA. CHREMES. THAIS.

Th. Ancine ego vt ꝯtumeliā tā īſignē in me accipiā Gnato?
Mori me ſatius eſt, Simalio, Donax, Syriſce, ſeqmini,
Primū ædis expugnabo. Gn. recte. Th. v̄ginē eripiā. G. pbe. T.

Male mulctabo ipsam.Gn.pulchre.T.in medium huc agmen
cum vecti
Donax, tu Simalio i finistrę cornu, tu Syrisce i dextę. (dest.T.
Cedo alios, vbi Ceturio st Sãga? & manipulus furũ? S.eccuȝ a/
Quid ignaue, peniculõ pugnaŕ q istuc huc portaś cogitas? Sa.
Ego ne? imperatoris virtutem noueram, & vim militum.
Sine sanguine hoc fieri non posse, qn abstergerẽ vulnera? Th.
Vbi alij? Sa.qui malum alij? solus Sannio seruat domum. Th.
Tu hosce instrue, hic ego ero post pncipia, inde oĩbus signũ da/
Illud est sapere, vt hosce instruxit, ipe sibi cauit loco. Th. (bo.G.
Idẽ ß Pyrrhus factitauit. Ch.viden tu Thais quã hic agit rex?
Nimirum cõsilium illud rectum est, de occludẽdis ædib⁹. Th.
Sane quod tibi nũc vir videaf esse, hic nebulo magnus est,
Ne metuas. C.qd videtur? G.fundã tibi nũc nimis vellẽ dari,
Vt tu illos procul ex occulto hinc cederes, facerent fugam. Th.
Sed eccam Thaidẽ ipsaȝ video. G.q̃ȝ mox irruimus. T.mane.
OMNIA PRIVS EXPERIRI q̃ȝ armis sapiẽtẽ decet.
Qui scis an quæ iubeaȝ sine vi faciat? G.di vestram fidem
Quanti est sapere, nunq̃ȝ accedo, qn abste abeã doctior. T.
Thais primum hoc mihi responde, cum tibi do istã virginem.
Dixtin mihi hos dies soli dare te? Th.qd tũ postea? T.rogitas?
Quæ mihi ante oculos coram amatorem adduxisti tuum? Th.
Quid cũ illo agas? T.& cum eo clam subduxti te mihi. Th.
Libuit. T.Pamphilã ergo huc redde, nisi vi mauis eripi. Ch.
Tibi illã reddat? aut tu illã tãgas oĩuȝ? G.ah qd ais? tace. Ch.
Quid tu tibi vis? T.ego nõ tangã meã? C.tuaȝ aũt furcifer? G.
Caue sis, nescis cui maledicas viro. Ch.non tu hinc abis?
Scin tu vt tibi res se se habeat? si qdq̃ȝ hodie hic turbæ cœpis,
Faciam vt huius loci, dieiq̃ȝ, meiq̃ȝ semper memineris. G.

Miseret tui me, qui hūc tantū hominē facias inimicū tibi. Ch.
Diminuam ego tibi caput hodie nisi abis. G. ain vero canis?
Sic ne agis? T. qs tu hō es? qd tibi vis? qd cū illa rei tibi ē? C.
Scibis, pncipio eā eē dico libā. T. hē? C. ciuē Atticā. T. hui. C
Meam sororem. T. os durū. C. miles nunc adeo edico tibi,
Ne vim facias vllam in illam. T. ego eo ad Sophronam
Nutricē, vt eā adducā, & signa ostendam hæc. Tr. tun phibeas
Meā ne tāgā? C. phibeo inqȝ. G. audin tu? hic furti se alligat. C
Satis hoc tibi est. Tr. idē hoc tu ais? Th. quære qui rn̄deat. Tr.
Quid nūc agim⁹? G. qn redeam⁹, iā hæc tibi aderit supplicās
Vltro. T. credin? G. immo certe, noui ingenium mulierum.
NOLVNT VBI velis, vbi nolis cupiūt vltro. T. bn̄ putas. G.
Iam dimitto exercitum. T. vbi vis. G. Sanga vti fortes decet
Milites, domiqȝ, fociqȝ fac vicissim vt memineris. S.
Iā dudūst aius in patinis. G. frugi es. T. vos me hac sequimini.

Senarij, & vnus Catalecticus.

¶ Quintus actus.

THAIS. PYTHIAS.

Ergin scelesta mecum perplexe loqui,
P Scio, nescio, abijt, audiui, ego non adfui.
Non tu istuc mihi dictura aperte es quidquid est?
Virgo conscissa veste lachrymans obticet.
Eunuchus abijt, quam ob rem quid factum est taces? Py.
Quid tibi ego dicam misera? illum Eunuchum negant
Fuisse. Th. quis fuit igitur? Py. iste Chærea. Th.
Qui Chærea? Py. iste ephebus frater Phædriæ. Th.
Quid ais venefica? Py. atqui certo comperi. Th.
Quid is obsecro ad nos quam ob rem adductust? Py. nescio,
Nisi amasse credo Pamphilam. Th. hem misera occidi

Infelix, ſiquidem tu iſtæc vera prædicas,
Num id lacrumat virgo? Py. id opinor. T. quid ais ſacrilega?
Iſtucine interminata ſum hinc abiens tibi? Py.
Quid facerem, ita vt iuſſiſti ſoli credita eſt. T.
Scelesta, lupo ouem cómiſiſti, diſpudet,
Sic mihi data eſſe verba, quid hominis illuc eſt? Py.
Hera mea tace obſecro, ſaluæ ſumus.
Habemus hominem ipſu͂. Th. vbi is eſt? Py. hem ad ſiniſtrã,
Videsne? Th. video. Py. cópræhendi iube, quantũ poteſt. Th.
Quid illo faciemus ſtulta? Py. quid faciam rogas?
Vide amabo, ſi non cum aſpiciam os, impudens
Videtur, non eſt, tum quæ eius confidentiaſt.

Senarij, & vnus Dimeter.

CHAEREA. THAIS. PYTHIAS.

Pud Antiphonem vterq; mater, & pater,
a Quaſi dedita opera domi erant, vt nullo modo
Introire poſſem, quin viderent me, interim
Dum ante hoſtium ſto, notus mihi quidam obuiam
Venit, vbi vidi, ego me in pedes quantum queo,
In angiportum quoddam deſertum, inde item
In aliud, inde in aliud, ita miſerrimus
Fui fugitando, nequis me cognoſceret.
Sed eſt ne hæc Thais quam video? ipſaſt, ah hæreo
Quid faciam, quid mea autem? quid faciet mihi? Th.
Adeamus, bone vir? Dore ſalue, dic mihi
Aufugiſtin? Ch. hera factum. Th. ſatin id tibi placet? Ch.
Non. Th. credin te impune abiturum? Ch. vnam hanc noxiam
Mitte, ſi aliam vnquam vllam admiſero, occidito. Th.

Num meam ſæuitiam veritus es? Ch. nó. Th. quid igitur? Ch
Hanc metui ne me criminaretur tibi. Th.
Quid feceras? Ch. paululũ quiddã. Th. paululum impudens?
An paulum hoc eſſe tibi videtur, virginem
Vitiare ciuem? Ch. conſeruam eſſe credidi. Py.
Conſeruam? vix me contineo quin inuolem in
Capillum, monſtrum. etiam vltro deriſum aduenit. Th.
Abi hinc inſana. Py. quid ita vero abeam?
Credo iſti quidquam furcifero.
Præſertim cum ſe ſeruum fateatur tuum? Th.
Miſſa hæc faciamus, non te dignum Chærea
Feciſti, nam ſi ego digna hac contumelia
Sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen.
Neq; edepol quid nunc conſilij capiam ſcio
De virgine iſtac, ita conturbaſti mihi
Rationes omnes, vt eam non poſſim ſuis
Ita vt æquom fuerat, atq; vt ſtudui tradere.
Vt ſolidum parerem hoc mihi beneficium Chærea. Ch.
At nunc dehinc ſpero æternam inter nos gratiam.
Fore Thais. SAEPE EX HVIVSMODI re quapiam, &
Ex malo principio, magna familiaritas
Conflataſt. & quid ſi hoc quiſpiam voluit deus? Th.
Equidem pol in eam partem accipioq; & volo. Ch.
Immo ita quæſo, vnum hoc ſcito, contumeliæ
Non me feciſſe cauſa, ſed amoris. Th. ſcio.
Et pol propterea magis nunc ignoſco tibi.
Non adeo inhumano ingenio ſum Chærea,
Neq; tam imperita, vt quid amor valeat neſciam. Ch.
Te quoq; iam Thais, ita me Di bene ament, amo. Py.
Tum pol tibi ab iſto hera cauendum intellego. Ch.



Non ausim.Py.nihil tibi quidq̃ credo.Th.desinas.Ch.
Ego me tuæ commendo,& committo fidei.
Nunc ego te in hac re mihi oro vt adiutrix sies.
Te mihi patronam cupio Thais,te obsecro.
Emoriar,si non hanc vxorem duxero.Th.
Tamen si pater.Ch.Quid?ah volet certo scio,
Ciuis modo hæc sit.Th.paululum opperirier
Si vis,iam frater ipse hic aderit virginis.
Nutricem accersitum iit,quæ illam aluit paruolam.
In cognoscendo tu te ipse aderis Chærea,Ch.
Ego vero maneo.Th.vis ne interea,dum is venit,
Domi opperiamur,potius q̃ hic ante hostium?Ch.
Immo percupio.Py.quam tu rem actura obsecro es?Th.
Nam quid ita?Py. rogitas?hunc tu in ædis cogitas
Recipere posthac? Th.cur non?Py.crede hoc meæ fidei,
Dabit hic aliquam pugnam denuo.Th.ahu,tace obsecro.Py.
Parum perspexisse eius videre audaciam.Ch.
Non faciam Pythias.Py.non pol credo Chærea
Nisi si commissum non erit.Ch.quin Pythias
Tu me seruato.Py.neq; pol seruandum tibi
Quidquam dare ausim,neq; te seruare,apagete.Th.
Adest optime ipse frater.Ch.perij hercle, obsecro
Abeamus intro Thais,nolo me in via
Cũ hac veste videat.Th.quã ob rẽ tandẽ?an quia pudet? C.
Id ipsum.Py.id ipsum?virgo vero? Th.i,præ,sequor.
Tu istic mane vt Chremem introducas Pythias.

Senarij omnes.

PYTHIAS. CHREMES. SOPHRONA.


q Vid quid venire in mentem nunc possit mihi,
Quid nam?qui referam illi sacrilego gratiam,

Qui hunc supposuit nobis? Ch. moue vero ocyus?
Te mea nutrix. So. moueo. Ch. video, sed nihil promoues. Py.
Iam ne ostendisti signa nutrici? Ch. omnia. Py.
Amabo, quid ait? cognoscit ne? Ch. ac memoriter. Py.
Bene ædepol narras, nam illi faueo virgini,
Ite intro, iam dudum hera vos expectat domi.
Virum bonum eccum Parmenonem incedere
Video, vide vt ociosus sit, si dis placet,
Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo,
Ibo intro, de cognitione vt certum sciam,
Post exibo, atq; hunc perterrebo sacrilegum.

Ad vsum Eiusdem rationis. fratris

PARMENO. PYTHIAS.

Euiso quid nam Chærea hic rerum gerat.
Quod si astu rem tractuit, Di vostram fidem
Quantam, ꝛ q̃3 veram laudem capiet Parmeno.
Nam vt ommittam quod ei amorem difficillimum ꝛ
Carissimum ab meretrice auara, virginem
Quam amabat, eam confeci sine molestia,
Sine sumptu, sine dispendio, tum hoc alterum,
Id verost quod mihi puto palmarium,
Me repperisse, quo modo adulescentulus
Meretricum ingenia, ꝛ mores posset noscere
Mature, vt cum cognorit, perpetuo oderit,
Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius,
Nec magis compositum quidq̃3, nec magis elegans.
Quæ cum amatore suo cum cœnant, liguriunt.
Harum videre ingluuiem, sordes, inopiam,



Quam inhoneste solæ sint domi, atq; auidæ cibi,
Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent,
Nosse omnia hæc, salus est adulescentulis. Py.
Ego pol te pro istis dictis & factis, scelus,
Vlciscar, vt ne impune in nos illuseris.

Septenarii, ac Quadrati Trochaici.
PYTHIAS. PARMENO.

P Roh fidē deū facinus fœdū, o infelicē adulescentulū.
O scelestū Parmenonē, q istū huc adduxit Pa. qd est?
Miseret me, itaq; vt ne viderē misera huc effugi foras. (Py.
Quæ futura esse exēpla dicunt in illū indigna? Pa. o Iupiter
Quæ illæc turbast? nū nā ego perii? adibo quid istuc Pythias?
Quid ais? in quē exempla fient? Py. rogitas audacissime?
Perdidisti istum, quem adduxisti pro Eunucho adulescētulū,
Dū studes dare vba nobis. Pa. qd ita? aut qd factūst? cedo. Py.
Dicam, virginē istam Thaidi hodie quæ dono datast,
Scis eam hinc ciuem esse, & fratrē eius adprime nobilem? Pa.
Nescio. Py. atqui sic inuentast, eam iste vitiauit miser.
Ille vbi resciuit factum frater violentissimus. Pa.
Quid nā fecit? Py. conligauit primū eum miseris modis. Pa.
Hem cōligauit? Py. atq; eqdē orāte vt ne id faceret Thaide. Pa.
Quid ais? Py. nūc minatur facturum se se id qd mœchis solet.
Quod ego nunq; vidi fieri, neq; velim. Pa. qua audacia.
Tātū facinus audet. Py. qd ita tātū? Pa. an non hoc maximūst?
Quis homo pro mœcho vnquā vidit, in domo meretricia
Deprehēdi quenq;? Py. nescio. Pa. ac ne hoc nesciatis Pythias
Dico, edico vobis, nostrum esse illum herilem filium. Py. hem
Obsecro an is est? Pa. nequam in illum Thais vim fieri sinat.

Atq; adeo autem cur nõ ego met introeo? Py. vide Parmeno
Quid agas ne neq; illi prosis, & tu pereas, nam hoc putant,
Quidquid factũst, ex te esse ortum. Pa. quid igitur faciã miser?
Quid ve incipiam? ecce autem video rure redeuntem senem,
Dicam huic, an non? dicam hercle, & si mihi magnũ malũ
Scio paratum, sed necesse est huic vt subueniat. Py. sapis.
Ego abeo intro, tu isti narrato oẽm rem ordine vt factum siet.

Adusini fratris Senarij. Angeli de gaudo

LACHES. PARMENO.

Ex meo propinquo rure hoc capio cõmodi.
Neq; agri, neq; vrbis odium me vnquã percipit.
Vbi facias cœpit fieri, cõmuto locum.
Sed est ne ille noster Parmeno? & certe ipsus est.
Quem præstolare Parmeno hic ante hostium? Pa.
Quis homost? ehem saluon te aduenire here gaudeo. La.
Quem præstolare? Pa. perij, lingua hæret metu. La.
Hem quid est quod trepidas? satin salux? dic mihi. Pa.
Here primum te arbitrari quod res est velim,
Quidquid huius factumst, culpa non factumst mea. La.
Quid? Pa. recte sane interrogasti, oportuit
Rem prænarrasse me. Emit quendam Phædria
Eunuchum, quẽ dono huic daret. La. cui? Pa. Thaidi. La.
Emit? perij hercle, quanti? Pa. viginti minis. La.
Actumst, Pa. tum quandã fidicinam amat hic Chærea. La.
Hem, quid? amat? an scit iam ille quid meretrix siet?
An in astu venit, aliud ex alio malum? Pa.
Here ne me spectes, me impulsore hæc non facit. La.
Omitte de te dicere, ego te furcifer

Si viuo, sed istuc quidquid est primum expedi. Pa.
Is pro illo Eunucho ad Thaidem hanc deductus est. La.
Pro Eunuchon? Pa. sic est, hunc pro mœcho postea
Comprehendere intus, & constrinxere. La. occidi. Pa.
Audaciam meretricum specta. La. nunquid est
Aliud mali, damni ve, quod non dixeris
Reliquom? Pa. tãtum est. La. cesso huc intro irumpere? Pa.
Non dubiumst quin mihi magnum ex hac re sit malum.
Nisi quia necesse fuit hoc facere, id gaudeo
Propter me hisce aliquid esse euenturum mali.
Nam iam diu aliquam causam quærebat senex.
Quam ob rem insigne faceret aliquid, is nunc repperit.

Septenarij, atq; nonnulli Quadrati.

PYTHIAS. PARMENO.

n Vnq̃ ædepol quidq̃ iam diu qđ magis vellẽ euenire
Mihi euenit, q̃ qđ mó senex itro ad nos venit errans.
Mihi solæ ridiculo fuit, quæ quid timeret sciebam. Pa.
Quid hoc autemst? Py. nũc id ꝓdeo vt cõueniam Parmenonẽ.
Sʒ vbi obsecrost. P. mẽ q̃rit hæc? Py. atq; eccũ video, adibo. Pa.
Quid est inepta? quid tibi vis? quid rides? pergin? Py. perij
Defessa iam sum misera de te ridendo. Pa. quid ita? Py. rogas?
Nunq̃ ædepol hominem stultiorem vidi, nec videbo,
Ah non possum satis narrare quos ludos præbueris intus.
At etiam primo callidum & disertum hominem credidi. Pa.
Quid? Py. ilico ne credere ea quæ dixi oportuit te?
An pœnitebat flagitij te authore quod fecisset
Adulescens, ni miserum insuper etiam patri indicares?
Nam quid illi credis animi tũ fuisse, vbi vestem vidit

Illam eſſe eum indutum pater? quid eſt? iam ſcis te periſſe? Pa.
Hem quid dixti peſſuma? an mentita es? etiam rides?
Itan lepidum tibi viſum eſt ſcelus nos irridere. Py. nimiũ. Pa.
Siqdẽ iſtuc ipune habueris. Py. verũ. Pa. reddã hercle. Py. crẽdo
Sed in diem iſtuc Parmeno eſt foꝛtaſſe quod minitare.
Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas
Flagitijs, ⁊ eundẽ indicas, vterqꝫ in te exempla edent. Pa.
Nullus ſuꝫ. Py. hic pꝛo illo mũere tibi honos ẽ hitus, abeo. Pa.
Ego met meo indicio miſer, quaſi Soꝛex hodie perij.

Septenarij.

GNATO. THRASO.

Q Vid nũc, q̃ ſpe, aut q̃ ꝯſilio huc im⁹? qd cœptas Thꝛaſo? T
Ego ne? vt Thaidi me dedã, ⁊ faciã qđ iubeat. G. qd ẽ? T
Qui minus q̃ꝫ Hercules ſeruiuit Omphale. Gn. exẽplũ placet,
Vtinam tibi commitigari videam Sandalio caput.
Sed foꝛes crepuere ab ea. Th. quid hoc autem eſt mali?
Hunc ego nunq̃ꝫ viderã, ⁊ iam hic quid nã ꝓperans pꝛoſilijt.

Septenarij, ⁊ Octonarij.

CHAEREA. PARMENO. PHAEDRIA. GNATO. THRASO

O Populares ecquis me hodie viuit foꝛtunatioꝛ?
Nemo hercle quiſquã, nã in me plane Di poteſtatẽ ſuam
Omnem oſtendere, cui tã ſubito tot congruerint cõmoda. Pa.
Quid hic lætus es? Ch. o Parmeno mi, o meaꝝ voluptatũ oiuꝫ
Inuentoꝛ, incœptoꝛ, ꝑfectoꝛ, ſcin me in qbus ſim gaudijs?
Scis Pãphilã meã iuẽtã ciuẽ? Pa. audiui. C. ſcis ſpõſã mihi? Pa
Bene, ita me Di ament factum. Gn. audin tu illũ, quid ait? Ch.
tum autem Phædriæ.
Meo fratri gaudeo amoꝛẽ eẽ omnẽ in tranqllo, vna ſt domus,

Thais patri se cõmendauit in clientulam, & fidem
Nobis dedit se. Pa. fratris igitur Thais totast, Ch. scilicet. Pa.
Iam hoc aliud est quod gaudeamus, miles pellitur foras. Ch.
Frater vbivbi est? fac q̃ primũ hæc audiat. Pa. visa3 domũ. T.
Nunquid Gnato dubitas quin ego ppetuo perierim? Gn. sine
Dubio opinor. Ch. qd cõmemorẽ primũ, aut laude3 maxume?
Illum qui mihi dedit consilium vt facerẽ, an me qui ausus sim
Incipere? an fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit?
Quæ tot res, tantas, tam oportune in vnũ conclusit diem,
An mei patris festiuitatem & felicitatem? o Iupiter
Serua obsecro hæc bona nobis. Ph. Di vestrã fidẽ, icredibilia
Parmeno mõ quæ narrauit. sed vbi est frater? C. p̃sto adest. P.
Gaudeo. Ch. satis credo, nihil est Thaide tua dignius
Quod ametur, ita nostræ omni est fautrix familiæ. Ph.
Mihi illã laudas? Th. p̃ij, quãto min⁹ spei est, tãto magis amo.
Obsecro Gnato in te spes est. Gn. qd vis faciam? Th. p̃fice hoc
Præcibus, p̃cio, vt hæreã in parte aliqua, tãdẽ apð Thaidẽ. G.
Difficile est. Th. si quid collibuit, noui te, hoc si effeceris
Quod vis donũ, & premium a me optato, id optatũ feres, Gn.
Ita ne? Th. sic erit. Gn. si efficio hoc, postulo vt mihi tua dom⁹
Te presente, absente pateat, inuocato vt sit locus
Sẽp. Th. do fidẽ ita factu2. G. accigar. Ph. quẽ ego hic audio?
O Thraso. T. saluete. Ph. tu fortasse q̃ facta hic sint nescis? T.
Scio. Ph. cur ergo in his te ego conspicor regionibus? T.
Vobis fretus. Ph. scis q̃3 fretus? miles edico tibi,
Si te in platea offendero hac post vnq̃3, nihil quod dicas mihi
Aliũ quærebã, iter hac habui, peristi. Gn. eia haud sic decet. P.
Dictũ est. Gn. non cognosco vestrum tã superbũ. Ph. sic erit. G.
Prius audite paucis, quod cum dixero si placuerit,

Facitote

Facitote.Ph.audiamus.Gn.tu cócede paululum istuc Thraso.
Principio ego vos credere ambos hoc mihi vehemēter velim,
Me huius quidquid facio, id facere maxime causa mea,
Verum si idez vobis prodest, vos non facere inscitia st.Ph.
Quid id est? Gn.militem riualem ego recipiēdū cēseo.Ph.he?
Recipiendum? Gn.cogita modo, tu hercle cum illa Phædria
Et libenter viuis, etenim bene libenter victitas,
Et qđ des paululū est, ⁊ necesse est multuz accipere Thaidem,
Vt tuo amori suppeditare possit, sine sumptu tuo.
Ad omnia hæc, magis opoztunus: nec magis ex vsu tuo
Nemo est. principio ⁊ habet quod det, ⁊ dat nemo largius.
Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctesq; ⁊ dies,
Neq; istuz metuas ne amet mulier, facile pellas vbi velis.Ph.
Quid agimus? Gn.præterea hoc etiam quod vel primū puto,
Accipit hominem nemo melius prorsus, neq; prolixius.Ph.
Mirū ni illoc homie quoquo pacto opust.Ch.idē arbitror.Gn.
Recte facitis, vnum etiam hoc vos oro, vt me in vestrū gregez
Recipiatis, SATIS DIV hoc iā saxū vorso.Ph.recipim⁹. Ch.
Ac libenter.Gn.at ego pro isto Phædria, ⁊ tu Chærea
Hunc comedendū, ⁊ deridendū vobis ꝓpino.Ch.placet.Ph.
Dignus est.Gn.Thraso vbi vis accede.Tr. obsecro te qd agi-
Quid? isti te ignorabāt, postq̄ eis mores ostēdi tuos, (mus?G.
Et collaudaui secundum facta ⁊ virtutes tuas,
Impetraui.Tr.bene fecisti, gratiam habeo maximam.
Nunq̄ etiam fui vsq̄ quin me omnes amarent plurimuz.Gn.
Dixin ego in hoc esse vobis Atticam eloquentiam? Ph.
Nihil ꝓter ꝓmissūm est, ite hac, vos Valete, ⁊ PLAVDITE.



CHREMES. MENEDEMVS Senes. CLITIPHO. CLINIA Adulescentes. SYRVS DROMO Serui.

SOSTRATA Matrona. NVTRIX. BACCHIS Meretrix. PHRYGIA Ancilla.

GRAECA EST MENANDRV. ACTA LVDIS MEGALENSIBVS .L. CORNELIO LENTVLO .L. VALERIO FLACCO AEDILIB. CVRVLIB. EGIT AMBIVIVS TVRPIO, MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. ACTA PRIMVM TIBIIS IMPARIBVS, DEINDE DVABVS DEXTRIS, ACTA ETIAM TERTIA .C. CORNELIO .M. IVVENIO COSS.

C. SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA.

Trimetri.

IN MILItiam proficisci Gnatum Cliniam
Amantem Antiphilam cōpulit durus pater.
Animiq; se se angebat facti pœnitens.
Mox vt reuersus est, clam patre diuortitur
Ad Clitiphonē. is amabat scortū Bacchidē,
Cum accersiret cupitam Antiphilam.
Vt eius Bacchis venit amica, ac seruolæ
Habitum gerens Antiphila, factum id quo patrem
Suum celaret Clitipho. hic technis Syri,

Decem minas meretriculæ aufert a ſene.
Antiphila Clitiphonis reperitur ſoror,
Hanc Cliniam, aliam Clitipho vxorem accipit.

Trimetri omnes.

PROLOGVS.

E cui ſit veſtrum mirum, cur partis ſeni
n Poeta dederit, quæ ſunt adoleſcentium.
Id primum dicam, deinde quod veni eloquar.
Ex integra græca, integram comœdiam
Hodie ſum acturus Heautontimorumenon.
Duplex quæ ex argumento facta eſt ſimplici.
Nouam eſſe oſtendi, ⁊ quæ eſſet, nunc qui ſcripſerit,
Et cuia græca ſit, ni partem maximam
Exiſtimarem ſcire veſtrum id dicerem.
Nunc quam ob rem has partis didicerim paucis dabo.
Oratorem voluit eſſe me, non Prologum,
Veſtrum iudicium fecit, me actorem dedit.
Sed hic actor tantum poterit a facundia,
Quantum ille potuit cogitare commode,
Qui orationem hanc ſcripſit, quam dicturus ſum.
Nam quod rumores diſtulerint maleuoli,
Multas contaminaſſe græcas, dum facit
Paucas latinas, factum hic eſſe id non negat,
Neqꝫ ſe id pigere, ⁊ deinde facturum autumat.
Habet bonorum exemplum, quo exemplo ſibi
Licere id facere, quod illi fecerunt putat.
Tum quod maleuolus vetus poeta dictitat,
Repente ad ſtudium, hunc ſe applicaſſe muſicum
Amicum, ingenio fretum haud natura ſua.

Arbitrium vestrum, vestra existimatio
Valebit, quam ob rem omnes vos oratos volo,
Ne plus iniquum possit q̃ӡ aequom oratio.
Facite aequi sitis, date crescendi copiam
Nouarum, qui spectandi faciunt copiam
Sine vitijs, ne ille pro se dictum existumet,
Qui nuper fecit seruo currenti in via
Decesse populum, cur insano seruiat?
De illius peccatis plura dicet, cum dabit
Alias nouas, nisi finem maledictis facit.
Adeste aequo animo, date potestatem mihi
Statariam, agere vt liceat per silentium,
Ne semper seruos currens, iratus senex,
Edax parasitus, sycophanta autem impudens,
Auarus leno, adsidue agendi sint mihi,
Clamore summo, cum labore maximo,
Mea causa causam hanc iustam esse animum inducite.
Vt aliqua pars laboris minuatur mihi,
Nam nunc nouas qui scribunt nihil parcunt seni,
Siqua laboriosa est, ad me curritur,
Sin lenis est, ad alium defertur gregem,
In hac est pura oratio, experimini
In vtranq; partem ingenium quid possit meum,
Si nunquam auare pretium statui arti meae,
Et eum esse quaestum in animum induxi maximum,
Quam maxume seruire vestris commodis.
Exemplum statuite in me, vt adulescentuli
Vobis placere studeant, potiusq̃ӡ sibi.
Trimetri, & Septenarius vnus, Dimeter Brachycatalecticus.

CHREMES. MENEDEMVS SENES.

Primus Actus.

Amquam hæc inter nos nuper notitia admoduꝫ est,
Inde adeo quod agrū in ꝓximo hic mercatus es,
Nec rei fere sane amplius quidq̄ꝫ fuit,
Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas
(Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto)
Facit, vt te audacter moneam, ⁊ familiariter,
Quod mihi videre præter ætatem tuam
Facere, ⁊ præterq̄ꝫ res te adhortatur tua.
Nam proh deum, atqꝫ hominum fidem, quid vis tibi?
Aut quid quæris? Annos sexaginta natus es,
Aut plus eo, vt conicio, Agrum in his regionibus
Meliorem, neqꝫ pretij maioris nemo habet.
Seruos compluris. proinde quasi nemo siet,
Ita attente tu te illorum officia fungere.
Nunq̄ꝫ tam mane egredior, neqꝫ tam vesperi
Domum reuertor, quin te in fundo conspicer,
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre. deniqꝫ
Nullum remittis tempus, neqꝫ te respicis.
Hæc non voluptati esse, satis certe scio.
At enim dices, me quantum hic fiat operis pœnitet.
Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ.
Si sumas in illis exercendis plus agas. Me.
Chreme tantum ne ab re tua est ocij tibi,
Aliena vt cures, ea nihil quæ ad te attinent? Ch.
HOMO SVM. HVMANI a me nihil alienum puto.
Vel me monere hoc, vel percontari puta.
Rectum est ego vt faciam, non vt deterream. Me.

Mihi sic est vsus, tibi vt facto opus fit face. Ch.
An cuiquam est vsus homini se vt cruciet? Me. mihi, Ch.
Si quid laboris est, nollem, sed quid istuc mali est?
Quæso quid de te tantum meruisti? Me. eheu. Ch.
Ne lacruma, atqꝫ istuc quidquid est, fac me vt sciam,
Ne retice, ne verere, crede inquam mihi
Aut consulando, aut consilio, aut re iuuero. M.
Scire hoc vis? Ch. hac equidem causa qua dixi tibi. Me.
Dicetur. Ch. istos rastros interea tamen
Depone, ne labora. M. minime. Ch. quam rem agis? Me.
Sine me vacuum tempus ne quod dem mihi
Laboris. Ch. non sinam inqꝫ. Me. ah, nó æquom facis. Ch.
Hui, tam grauis hos quæso? Me. sic meritum st meum. Ch.
Nunc loquere. Me. Filium vnicum adulescentulum
Habeo, at quod dixi habere me: immo habui Chreme.
Nunc habeam, nec ne incertum st. Ch. quid ita istuc? Me. scies.
Est e Corintho hic aduena anus paupercula.
Eius filiam ille amare cœpit perdite,
Prope iam vt pro vxore haberet, hæc clam me omnia,
Vbi rem resciui, cœpi non humanitus,
Neqꝫ vt animum decuit ægrotum adulescentuli
Tractare, sed vi ꝛ via peruolgata patrum.
Cottidie accusabam, hem tibi ne hæc diutius
Licere speras facere me viuo patre?
Amicam vt habeas prope iam vxoris loco?
Erras si id credis, ꝛ me ignoras Clinia.
Ego te meum esse dici tantisper volo,
Dum quod te dignum st facies, sed si id non facis,
Ego quod me in te sit facere dignum inuenero.

Nulla adeo ex re istuc fit, nisi ex nimio ocio.
Ego istuc ætatis non amori operam dabam,
Sed in Asiam hinc abij propter pauperiem,
Atq; ibi simul rem, & gloriam armis belli repperi.
Postremo adeo res redit, adulescentulus
Sæpe eadem, & grauiter audiendo victus est.
Putauit me ætate, & sapientia
Plus scire & prouidere, q̃ se ipsum sibi,
In Asiam ad regem militatum abijt Chreme. Ch.
Quid ais? Me. clam me profectus, mensis tris abest. Ch.
Ambo accusandi, sed si illud inceptum, tamen
Animi est pudentis signum, & non instrenui. Me.
Vbi comperi ex his qui ei fuere conscij,
Vera dicendo, vt eos ambos fallam, vt cum narret senex

Vester nostro, istam esse amicā Gnati, nō credat tamen. Clin.
At enim spem istoc pacto rursum nuptiaꝝ omnem eripis.
Nam dum amicam hāc meam esse credet, non cōmittet filiam.
Tu fortasse quid me fiat paruipendis, dum illi cōsulas. Sy.
Quid? malum me tandem censes velle id adsimularier?
Vnus est dies, dum argentū eripio, par, nihil amplius. Clin.
Tantum sat habes? quid tum quæso si hoc pater resciuerit? Sy.
Quid si redeo ad illos q aiūt, QVID SI nūc cœlū ruat. Clin.
Metuo quid agaꝫ. Sy. metuis? quasi non ea potestas sit tua.
Quo velis in tempore vt te exoluas, rem facias palam. Clin.
Age, age, traducatur Bacchis. Sy. optume ipsa exit foras.

Tetrametri, Trochaici, partim Catalectici, nōnulli Iambici.
BACCHIS. CLINIA. SYRVS. DROMO. PHRYGIA.

Atis pol proterue me Syri promissa huc induxerunt.
6 Decē minas, q̄s mihi dare pollicit⁹ est. qđ si is nūc me
Decepit, sæpe obsecrās me, vt veniā, frustra vt veniet.
Aut cum venturam dixero, ⁊ cōstituero, cum is certe
Renuntiarit, Clitipho cum spe pendebit animi,
Decipiam, ac nō veniaꝫ, Syrus mihi tergo pœnas pēdet. Clin.
Satis scite promittit tibi. Sy. atqui tu hanc iocari credis?
Faciet nisi caueo. Ba. dormiunt, ego pol istos commouebo.
Mea Phrygia audistin modo, homo iste quā villā demōstrauit
Carini. Ph. audiui. Ba. primā eē̄ huic fūdo ad dxtrā. Ph. memi
Curriculo pcurre, apud eū miles, Dionysia agitat. Sy. (ni. Ba.
Quid incœptat? Ba. dic me hic oppido esse inuitā, atqꝫ seruari,
Verum aliquo pacto verba his me daturā eē̄, ⁊ venturam. Sy.
Perij hercle, Bacchis mane mane, quo mittis istanc quæso?
Iube maneat. B. abi. Sy. qn ē patū argētū. B. qn ego maneo. S.

Atq iā dabit.Ba.vt lubet, nū ego isto? Sy.at scin qd sodes? B.
Quid? Sy.transeundū est nūc tibi ad Menedemū, & tua pōpa
Eo traducēda ē.Ba.quā rē agis? scelus.Sy.egon? argētū cudo,
Qđ tibi dē. Ba.dignā me putas quā illudas? S.si ē temere.B.
Etiā ne tecū hic res mihi est? Sy.minime, tuū tibi reddo.Ba.
Eatur.Sy.seqre hac, heus Dromo.Dr.qs me volt.S.Syrus. Dr.
quid est rei? Sy.
Ancillas omnis Bacchidis traduce huc ad vos propere.Dr.
Quam ob rem? Sy.ne qras, & ferāt quæ secum huc attulerunt.
Sperabit sumptum sibi senex leuatum esse harum abitu.
Næ haud ille scit hoc paulum lucri, quantum ei
Dāni apportet, tu nescis qđ scis Dromo, si sapies. Dr.mutum
(dices.

Iambici Senarij.

CHREMES. SYRVS.

Ta me di amabūt, vt nunc Menedemi vicem
i Miseret me, tantum deuenisse ad eum mali.
Illancine mulierem alere cum illa familia?
Et si scio hosce aliquot dies non sentiet,
(Ita magno desiderio fuit ei filius)
Verum vbi videbit tantos sibi sumptus domi
Cottidianos fieri, nec fieri modum,
Optabit rursum vt abeat ab se filius.
Syrū optime eccū.Sy.cesso hūc adoriri? Ch.Syre. Sy.hem. Ch.
Quid est? Sy.te mihi ipsum iam dudum exoptabā dari.Ch.
Videre egisse iam nescio quid cum sene.Sy.
De illo quod dudum? dictum ac factum reddidi.Ch.
Bonan fide? Sy.bona hercle.Ch.non possum pati
Quin tibi caput demulceam, accede huc Syre.
Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens.Sy.

At si scias quam scite in mentem venerit. Ch.
Vah, gloriare euenisse ex sententia? Sy.
Non hercle, vero verum dico. Ch. dic quid est, Sy.
Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidem
Menedemo dixit Clinia, & ea gratia
Secum adduxisse, ne tu id persentisceres. Ch.
Probe. Sy. dic sodes. Ch. nimium inquam. Sy. immo sic satis.
Sed porro ausculta quod superest fallaciae.
Se se ipse dicet tuam vidisse filiam.
Eius sibi complacitam formam, postquam aspexerit,
Hanc se cupere vxorem. Ch. modon quae inuenta est? Sy.
Eam, & quidem iubebit posci. Ch. quam ob rem istuc Syre?
Nam prorsus nihil intellego. Sy. vah, tardus es. Ch.
Fortasse. Sy. argentum dabitur ei ad nuptias,
Aurum, atque vestem, qui, tenes ne? Ch. comparet? Sy.
Id ipsum. Ch. at illi ego neque do, nec spondeo. Sy.
Nō, quā ob rē? Ch. quā ob rē? me rogas? homini? Sy. vt lubet.
Non ego perpetuo dicebam, vt illam illi dares,
Verum vt simulares. Ch. non mea st simulatio,
Ita tu istaec tua misceto, ne me admisceas,
Egon cui daturus non sim vt ei despondeam? Sy.
Credebam. Ch. minime. Sy. scite poterat fieri.
Et ego hoc, quia dudum tu tantopere iusseras.
Eo coepi. Ch. credo. Sy. caeterum equidem istuc Chreme
Aequi, bonique facio. Ch. atqui tum maxime
Volo te dare operam vt fiat, verum alia via. Sy.
Fiat, quaeratur aliud. sed illud quod tibi
Dixi de argento, quod ista debet Bacchidi,
Id nunc reddendum est illi, neque tu scilicet

Illuc confugies, quid mea? num mihi datum st?
Num iussi? num illa oppignerare filiam
Meam me inuito potuit? Sy. verum illud Chreme
Dicunt. IVS SVMMVM, SAEPE SVMMA malicia e. Ch.
Haud faciam. Sy. immo alijs si licet, tibi non licet.
Omnes te in lauta, & bene acta parte putant. Ch.
Quin ego met iam ad eam deferam, Sy. immo, filium
Iube potius. Ch. quam ob re? Sy. quia enim in eum suspitio st
Translata amoris. Ch. quid tum? Sy. quia videbitur
Magis verisimile id esse, cum hic illi dabit,
Et simul facilius conficiam ego quod volo.
Ipse adeo adest, abi, effer argentum. Ch. effero.

Trimetri Iambici.

CLITIPHO. SYRUS.

VLLA EST TAM FACILIS Res, qn difficilis fiet,
Quam inuitus facias. vel me hæc deambulatio,
Quam non laboriosa ad langorem dedit.
Nec quicq̃ magis nunc metuo, q̃ ne denuo
Miser aliquo extrudar hinc, ne accedam ad Bacchidem.
Vt te omnes equidem Di, Deæq; quantum est Syre
Cum istoc inuento, cumq; incœpto perduint.
Huiusmodi mihi res semper comminiscere,
Vbi me excarnufices. Sy. i. tu hinc quo dignus es,
Quam pene tua me perdidit proteruitas. Clit.
Vellem hercle factum, ita meritus. Sy. meritus? quo modo?
Ne me istuc ex te prius audiuisse gaudeo,
Quam argentum haberes, quod daturus iam fui. Clit.

Quid igitur

Quid igitur tibi vis dicam? abiisti, mihi
Amicam adduxti, quam non liceat tangere. Sy.
Iam non sum iratus, sed scin vbi nunc sit tibi
Tua Bacchis? Clit. apud nos, Sy. nõ. Clit. vbi igitur? Sy. apud
Cliniam. Clit.
Perii. Sy. bono animo es, iam argentum ad eam deferes,
Quod ei pollicitus. Clit. garris, vnde id? Sy. a tuo patre. Clit.
Ludis fortasse me. Sy. ipsa re experibere. Clit.
Næ ego fortunatus homo sum, deamo te Syre. Sy.
Qua causa id fiat obsecundato in loco,
Sed pater egreditur, caue quidq̃ admiratus sies,
Quod imperabit facito, loquitor paucula.

Trimetri omnes.

CHREMES. CLITIPHO. SYRVS.

Bi Clitipho nunc est? Clit. eccum me Inque. Ch. eccũ
v hic tibi. Cl.
Quid rei esset, dixtin huic? Sy. dixi pleraq; oia. Ch.
Cape hoc argẽtum, ac defer. Sy. hei, quid stas lapis?
Quin accipis? Clit. cedo sane. Sy. sequere hac me ocyus,
Tu hic nos dum eximus interea opperibere.
Nam nihil est illic quod moremur diutius. Ch.
Minas quidem iam decem habet a me filia,
Quas pro alimentis esse nunc duco datas.
Hasce ornamentis consequentur alteræ.
Porro hæc talenta dotis apposcent duo.
QVAM MVLTA INIVSTA, ac praua fiunt moribus?
Mihi nunc relictis omnibus, inueniendus est
Aliquis, labore inuenta mea cui dem bona.



Trimetri omnes.

MENEDEMVS. CHREMES.

Vlto omnium nunc me fortunatissimum
m Factum puto esse gnate, cum te intellego.
Resipisse. Ch. vt errat. Me. te ipsũ quærebã Chreme,
Serua, quod in te est filium, & me, & familiam. Ch.
Cedo, quid vis faciam? Me. inuenisti hodie filiam? Ch.
Quid tum? Me. hanc sibi dare volt vxorem Clinia. Ch.
Quæso quid hominis es? Me. quid est? Ch. iam ne oblitus es
Inter nos quid sit dictum de fallacia,
Vt ea via abs te argentum auferretur? Me. scio. Ch.
Ea res nunc agitur ipsa. Me. quid dixti Chreme? Ch.
Erraui, sic res acta est. Me. quanta spe decidi? Ch.
Et quidem hæc quæ apud te est, Clitiphonis est
Amica. Me. ita aiunt. Ch. & tu credis? Me. omnia. Ch.
Et illum aiunt velle vxorem, vt cum desponderim,
Des qui aurũ, ac vestẽ, atq; alia, quæ opus sunt, cõparet. Me.
Id est profecto, id amicæ dabitur. Ch. scilicet
Daturum, Me. vah, frustra igitur gauisus miser.
Quid vis tamen iam malo, quam hunc amittere,
Quid nunc renuntiem abs te responsum Chreme?
Ne sentiat me sensisse, atq; ægre ferat? Ch.
Aegre? nimium illi Menedeme indulges. Me. sine.
Inceptumst, perfice hoc mihi perpetuo Chreme. Ch.
Dic conuenisse, egisse te de nuptijs. Me.
Dicam, quid deinde? Ch. me facturum esse omnia,
Generum placere, postremo etiam si voles,
Desponsam quoq; esse dicito. Me. hem istuc volueram. Ch.

Tanto ocyus te vt poscat, et tu id quod cupis,
Quam ocissime vt des. Me. cupio. Ch. næ, tu propediem
(Vt istam rem video) istius obsaturabere,
Sed hæc ita vt sint, cautim, et paulatim dabis
Si sapies. Me. faciam. Ch. abi intro, vide quid postulent.
Ego domi ero siquid me voles. M. sane volo.
Nam te sciente faciam quidquid egero.

Septenarii, partim Senarii Iambici.

MENEDEMVS. CHREMES.

Quintus Actus.

Go me nõ tã astutũ, neq; ita pspicacẽ eẽ id certo scio,
e Sed hic adiutor meᵘ, et monitor, et pmõstrator Chre/
Hoc mihi pstat, i me qd vis harũ rerũ ꝯuenit, (mes,
Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus,
In illum nil põt, nam exuperat eius stultitia hæc omnia. Ch.
Ohe, iam desinẽ deos vxor gratulando obtundere,
Tuam esse inuentã gnatam, nisi illos ex tuo ingenio iudicas,
Vt nihil credas intelligere, nisi idem dictum est ceties.
Sed quid interim illic iamdudũ gnatus cessat cum Syro? Me.
Quos ais hoies Chremes cessare? Ch. ehẽ. Menedeme adue/
Dic mihi, Cliniæ quæ dixi nũtiauistin? Me. omnia. Ch. (nis?
Quid ait? Me. gaudere adeo occœpit, q̃si q cupiũt nũtias. Ch.
Ah, ah, hæ. Me. quid risisti? Ch. serui venere in mentem Syri
Calliditates. Me. ita ne? Ch. Voltᵘ q̃q; hoiũ fingit scelus. Me.
Gnatᵘ qđ se assimulat, lætũ id dicis? Ch. id. Me. idẽ istuc mihi
Venit in mẽtẽ. Ch. veterator. Me. magis si magis noris, putes
Ita rẽ esse. Ch. ain tu? Me. qn tu ausculta. Ch. mane, hoc priᵘ scire
Quid pdideris, nam vbi desponsam nuntiasti filio, (expeto
Continuo iniecisse verba tibi Dromonem, scilicet

Sponsæ vestem,aurū,ancillas,opus esse argētū vt dares,M.
Non.Ch.quid non?Me.nō inquā.Ch.neq; ipse natus?Me.ni/
hil prorsus Chreme.
Magis vnum etiā instare,vt hodie conficerentur nuptiæ.Ch.
Mira narras,qd Syrus meus?ne is qdem qdq;? Me.nihil.C.
Quā ob rē?Me.nescio eqdē,sed te miror,q alia tā plane scias,
Sed ille tuus quoq; Syrus idem mire finxit filium,
Vt ne paululum quidem subolat amicā esse hāc Cliniæ.Ch.
Quid ais?Me.mitto iam osculari atq; amplexari,id nihil pu/
Quid ē,qđ āpliꝰ simlet?Me.vah.C.qd ē?M.audi mō, (to.Ch.
Est mihi in vltimis conclaue ædibus quoddam retro.
Huc est intro latus lectus,vestimentis stratus est.Ch.
Quid postq̄ hoc ē factū?Me.dictū factū,huc abijt Clitipho.Ch.
Solus?Me.solus.Ch.timeo.Me.Bacchis cōsecutast ilico.Ch.
Sola?Me.sola. Ch.perij.Me.vbi abiere intro,operuere ho/
stium.Ch.hem,
Clinia hæc fieri videbat?Me.quid ni,mecum vna simul.Ch.
Filij amica est Bacchis Menedeme.occidi.Me.
Quam ob rem?Ch.decem dierū vix mihi est familia.Me.
Quid istuc times?quod ille operam amico dat suo?Ch.
Immo amicæ.Me.si dat.Ch.an dubium id tibi est?
Quenq̄ ne animo tam communi esse aut leni putas,
Qui se vidente amicam patiatur suam?Me.ah,ah,hæ.
Quidni,quo verba facilius dentur mihi?Ch.
Derides?merito mihi nunc ego succenseo.
Quot res dedere,vbi possem persentiscere,
Ni essem lapis,quæ vidi?væ misero mihi,an ne illud haud
Inultū(si viuo)ferēt,nā iā.Me.nō tu te cohibes?nō te respicis?
Non tibi exempli satis sum?Ch.præ iracundia

Menedeme, non sum apud me. Me. te ne istuc loqui?
NONNE ID FLAGITIVM ST te alijs ꝯsiliū dare,
Foris sapere, tibi non posse auxiliarier? Ch.
Quid faciam? Me. id quod me fecisse aiebas parum,
Fac te esse patrem sentiat, fac vt audeat,
Tibi credere omnia, abs te petere, & poscere,
Ne quam aliam quærat copiam, ac te deserat. Ch.
Immo abeat potius multo quo vis gentium,
Quam hic per flagitium, ad inopiam redigat patrem.
Nam si illi pergam suppeditare sumptibus
Menedeme, mihi illæc vere ad rastros res redit. Me.
Quot incōmoda tibi in hac re capies nisi caues?
Difficilem ostendis te esse, & ignosces tamen
Post, ꝛ id erit ingratū. Ch. ah nescis q̄ꝫ doleam. Me. vt lubet.
Quid hoc quod volo, vt illa nubat nostro, nisi quid est
Quod mauis? Ch. imo & gener, & affines placent. Me.
Quid dotis dicam te dixisse filio?
Quid obticuisti? Ch. dotis? Me. ita dico. Ch. ah. Me. Chreme
Nequid vereare, si minus nihil dos nos monet. Ch.
Duo talenta pro re nostra ego esse decreui satis.
Sed ita dictu opus est, si me vis saluum esse, ꝛ rem, ꝛ filium
Me mea omnia bona doti dixisse illi. Me. quam rem agis? Ch.
Id mirari te simulato, & illum rogitato simul,
Quā ob rē id faciā. Me. qn ego vero quā ob rem id facias ne
Ego ne? vt eius animum, qui nūc luxuria, ꝛ lasciuia scio. C.
Diffluit, retūdam, redigā, vt quo se vortat nesciat. Me. (sino.
Quid agis? C. mitte, ac sine me i hac re gerēr mihi morē. Me.
Ita ne vis? Ch. ita. Me. fiat. Ch. age iā vt vxorē accersat, paret.
Hic ita vt liberos est æquom dictis confutabitur.

Sed Syrū.Me.qd eū?Ch.ego ne?si viuo adeo exornatū dabo,
Adeo depexum, vsq dum viuat, meminerit semper mei.
Qui sibi me pro ridiculo, ac delectamēto putat. (me fecit.
Nō (ita me di amēt) auderet hæc facere viduæ mulieri, quæ in

Iambici Tetrametri Trimetri pauci Trochaici admixti.
CLITIPHO. MENEDEMVS. CHREMES. SYRVS.
Ta ne tādem quæso est Menedeme, vt pater
i Tam in breui spatio oēm deiecerit animum patris?
Qđ nā ob facinꝰ?qd ego tātū sceleris admisi miser?
Volgo faciunt.Me.scio tibi esse hoc grauius multo, ac durius
Cui fit, verum ego haud minus ægre patior id, qui nescio,
Nec rationem capio, nisi quod tibi bene ex animo volo.Clit.
Hic p̄rẽꝫ astare aiebas?Me.eccū.Ch.qd me icusas Clitipho?
Quidquid ego huius feci, tibi prospexi, & stultitiæ tuæ.
Vbi te vidi animo esse omisso, & suauia in præsentia,
Quæ essent prima habere, neq cōsulere in longitudinem.
Cœpi rationem, vt neq tu egeres, neq vt hæc posses pdere.
Vbi cui decuit, primo tibi nō licuit per te mihi dare,
Abij ad proximos, tibi qui erant, eis conuisi, & credidi.
Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium Clitipho.
Victus, vestitus, quo in tectū te receptes.Clit.hei mihi.Ch.
Satius est, q̃ꝫ te ipso herede hæc possidere Bacchidem.Sy.
Disperij, scelestus, quantas turbas conciui insciens?Clit.
EMORI CVPIO.Ch.prius quæso disce quid sit viuere,
Vbi scies, si displicebit vita, tum istoc vtitor.Sy.
Here licet ne?Ch.loq̃re.Sy.at tuto,Ch,loq̃re.Sy.q̃ istast praui
Quæ ve amētia ē, qđ peccaui ego id obeē huic.Ch.ilicet,(tas,
Ne te admisce, nemo accusat Syre te, nec tu aram tibi

Neq; p̄catorē pararis.Sy.qd agis?Ch. nihil ſuccēſeo nec tibi
Nec huic,nec vos,eſt æquom quod facio mihi.Sy.
Abijt,ac rogaſſe vellē.Clit.qd?Sy.vnde mihi peterem cibum,
Ita nos abalienauit,tibi iam eſſe ad ſororem intellego.Clit.
Adeon rē rediſſe,vt periculum etiam fame mihi ſit Syre.Sy.
Nō liceat viuere,eſt ſpes.Clit.q̄?Sy.nos eſurituros ſatis.Cl.
Irrides in re tanta,neq; me quidquam conſilio adiuuas?Sy.
Immo,& ibi nunc ſum,& vſq; dudū id egi,dum loqtur pater,
Et q̄ntū ego itellegere poſſū.Cl.qd?S.nō aberit lōgius.Cli.
Quid id ergo?Sy.ſic eſt,non eſſe te horum arbitror.Cli. quid
iſtuc Syre?
Satin ſanus es?Sy.ego dicā quod mihi in mentē tu diiudica.
Dum iſtis fuiſti ſolus,dum nulla alia delectatio,
Quæ propior eſſet te,indulgebant,tibi dabant,nunc filia
Poſtquā eſt iuēta vera,iuenta eſt cauſa,qua te expellerēt. Cli.
Eſt veriſimile.Sy.an tu ob pcm̄ hoc eſſe illū iratū putas? Cli.
Nō arbitror.Sy.nunc aliud ſpecta,MATRES OMNES FI/
In peccato adiutrices,auxilio in paterna iniuria (LIIS
Solēt eſſe,id nō ſit.Cl.vera dicis,qd ergo nunc faciā Syre?Sy.
Suſpitionem iſtam ex illis quære,rem profer palam.
Si non eſt verum,ad miſericordiam ambos adduces cito,
Aut ſcibis cuius ſis.Clit,recte ſuades,faciam.Sy.
Sat recte hoc mihi nunc in mentem venit.
Nanq; adoleſcens q̄ in minima ſpe ſitus erit,tam
Facillime patris pacem in leges conficiet ſuas.
Etiam haud ſcio an ne vxorem ducat,ac Syro nil gratiæ.
Quid hoc aūt ē?ſenex exit foras,ego fugio,adhuc qđ factūſt.
Miror non iuſſiſſe ilico arripi me,hinc nunc ad Menedemū
Pergam,eū mihi præcatorē paro,ſeni noſtro fidei nihil hēo.

Eiusdem rationis, præter Dimetrum unum.

SOSTRATA. CHREMES.

P Rofecto nisi caues tu hõ, aliqd gnato conficies mali,
Idq; adeo miror, quo mõ tã ieptũ qdq̃ potuerit tibi
Venire in mentem mi vir. Ch. oh pgin mulier eẽ? ullã ne ego
Rẽ vnq̃ volui, qn tu i ea re mihi aduersatrix fueris Sostrata?
At si rogitem iam quid est quod peccẽ, aut quam ob rem hoc
faciam nescias,
In qua re nũc tam cõfidenter restas stulta? So. ego nescio. Ch.
Immo scis potius quã qdẽ redeat ad itegrũ hæc eadẽ o᷑o. S.
Oh, iniquos es, qui me tacere de re tanta postules. Ch.
Nõ postulo, iam loquere, nihilominus ego hoc faciam tñ. So.
Facies? Ch. verũ. So. nõ vides quantum mali ex ea re excites?
Subditũ se suspicat. Ch. subditũ ain tu? So. certe iq̃ mi vir. Ch
Confitere tuum non esse. So. ah, obsecro te, istuc inimicis fiet,
Egon confitear meum non esse filium, qui sit meus? Ch.
Quid metuis? non ne cum velis cõuincas illum esse, tuũ? So.
Quod filia est iuenta. Ch. nõ, sed quod magis credendũ fiet,
Id quod est consimilis moribus,
Conuinces facile ex te natum, nam tui similis est probe.
Nam illi nihil vitij est relictum, quin id itidem sit tibi.
Tum præterea talem nisi tu nulla pareret filium,
Sed ipse egreditur, q̃ seuerus, rem cum videas, censeas.

Eiusdem numeri.

CLITIPHO. SOSTRATA. CHREMES.

S I vnq̃ vllum fuit tempus mater, cũ ego voluptati tibi
Fuerim, dictus filius tuus tua voluntate, obsecro
Eius vt memineris, atq; inopis nũc te miserescat mei,

Quod peto,& volo parentes meos vt commostres mihi.So.
Obsecro mi gnate,ne istuc in animum inducas tuum,
Alienũ esse te.Clit.sum.So.miserã me,hocine q̃sisti obsecro?
Ita mihi,atq; huic sis superstes,vt ex me,atq; hoc natus es.
Et caue posthac(si me amas)vnq̃ istuc v̄bum ex te audiã.Ch.
At ego(si me metuis)mores caue in te esse istos sentiam.Clit.
Quos?Ch.si scire vis ego dicam,gerro,iners,fraus,heluo,
Ganeo,damnosus,crede,& nostrum te esse credito.Clit.
Non sunt hæc iam parentis dicta.Ch.non si ex capite sis meo
Natus,item vt aiunt Mineruam esse ex Ioue,ea causa magis
Patiar Clitipho flagitijs tuis me infamem fieri.So.
Di istæc ꝓhibeãt.Ch.deos nescio,ego qđ potero enitar sedulo
Quæris id,quod habes,parentes,qđ abest,nõ quæris,patri
Quo modo obsequare,& vt serues quod labore inuenerit.
Non mihi per fallacias abducere ante oculos?pudet
Dicere hac presente verbum turpe,at te illud nullo modo
Facere piguit.Clit.eheu q̃ ego,nunc totus displiceo mihi,
Quam pudet,neq; qđ principiũ incipiam ad placandũ scio.

Tetrametri,& Septenarij. (TA

MENEDEMVS. CHREMES. CLITIPHO. SOSTRA

Niũ v̄o Chremes nimis grauiter cruciat adulescẽtulũ,
Nimisq; inhumane,exeo ergo,vt pacẽ cõciliẽ,optume
Ipsos video.Ch.ehẽ,Menedeme cur nõ accersi iubes
Filiã,& quod dixi dotis firmas?So.mi vir te obsecro (me.
Ne facias.Clit.p̃r obsecro mihi ignoscas.Me.da veniã Chre
Sine te exorez.Ch.egon mea bona vt dẽ Bacchidi dono?sciẽs
Nõ faciã.Me.at id nos non sinemus.Clit.si me viuũ vis pater
Ignosce.So.age,Chremes.Me.age quæso,ne tam offirmate
Chremes.Ch.

Quid istic? video non licere vt cœperam hoc pertendere. Me.
Facis vt te decet. Ch. ea lege hoc adeo faciam, si faciat
Quod ego hunc æquom censeo. Cl. pater, oĩa faciã, impa. Ch.
Vxoré vt ducas. Cl. pater. Ch. nihil audio. Me. ad me recipio,
Faciet. Ch. nihil etiam audio ipsum. Cl. perij. So. an dubitas
Clitipho? Ch.
Immo vtrũ vult. Me. faciat oĩa. So. hæc dũ icipias grauia sũt,
Dumq; ignores, vbi cognoris facilia. Cli. faciam pater. So.
Nate mi, ego pol tibi dabo puellã lepidã, quã tu facile ames,
Filiam Phanocratæ nostri. Clit. rufam ne? illam virginem
Cesiam, sparso ore, adunco naso? non possum pater. Ch.
Eia vt elegans est, credas animũ ibi esse. So. aliã dabo. Clit.
Quid istic? quandoqdé ducenda est, ego met héo ꝓpemoduz
Quam volo. So. nunc laudo gnate. Clit. Archonidis filiã. So.
Perplacet. Cl. pr̃ h̃ nũc restat. Ch. qd? Cl. Syro ignoscas volo,
Quæ mea causa fecit. Ch. fiat. vos Valete, ET PLAVDITE.

FABVLAE INTERLOCVTORES.

MITIO	Senex.
DEMEA	Senex.
SAMNIO	Leno.
AESCHINVS	Adulescens.
SYRVS	Seruus.
CTHESIPHO	Adulescens.
SOSTRATA	Matrona.
CANTARA	Nutrix.
GETA	Seruus.
HEGIO	Senex.
DROMO	Seruus.

ACTA LVDIS FVNERALIB.Q.FAB.MAX. P.CORNELIO APHRICANO. AED. CVR. EGERE .L. ATTILIVS PRAENESTINVS MINVTIVS PROTIMVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. TIBI IS SARRANIS FACTA GRAECA MENANDRV.L. ANICIO.M. CORNELIO COSS.

C.SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA.

Senarij omnes.

VOS CVM haberet Demea adulescẽtulos,
Dat Mitioni fratri adoptandum Aeschinum,
Sed Ctesiphonem retinet.hunc citharistriæ
Lepore captum,sub duro ac tristi patre
Frater celabat Aeschinus,famam rei,
Amorem in se transferebat,deniq
Fidicinam lenoni eripuit,vitiauerat
Idem Aeschinus ciuem Atticam pauperculam,
Fidemq dederat,hanc sibi vxorem fore.
Demea iurgare,& grauiter ferre,mox tamen
Vt veritas patefacta est,ducit Aeschinus
Vitiatam,potitur Ctesipho Citharistriam.

Eiusdem numeri.

PROLOGVS.

Ostquam Poeta sensit scripturam suam
Ab iniquis obseruari,& aduersarios
Rapere in peiorem partem,quam acturi sumus,

Indicio de ſe ipſe erit, vos eritis iudices.
Laudin an vitio duci factum opoꝛteat.
Synapothniſcontes Diphili comœdiaſt.
Eam commoꝛientes Plautus fecit fabulam.
In græca adoleſcens eſt, qui lenoni eripuit
Meretricem, in pꝛima fabula, euʒ Plautus locum
Reliquit integrum, eum hic locum ſumpſit ſibi
In Adelphos, verbum de verbo expꝛeſſum extulit.
Eam nos acturi ſumus nouam, pernoſcite,
Furtum ne factum exiſtimetis, an locum
Repꝛehenſum, qui pꝛæteritus negligentiaſt.
Nam quod iſti dicunt maleuoli homines, nobiles
Eum adiutare, aſſidueqꝫ vna ſcribere,
Quod illi maledictum vehemens exiſtimant,
Eam laudem hic duxit maximam, cuʒ illis placet.
Qui vobis vniuerſis, & populo placent,
Quoꝛum opera in bello, in ocyo, in negotio,
Suo quiſqꝫ tempoꝛe vſus eſt ſine ſuperbia.
De hinc ne expectetis argumentum fabulæ,
Senes qui pꝛimi venient, hi partem aperient.
In agendo parteʒ oſtendent, facite æquanimitas
Poetæ ad ſcribendum augeat induſtriam.

Senarij omnes.

¶Pꝛimus Actus.

MITIO.

Toꝛax nõ redijt hac nocte a cœna Aeſchinus?
8 Neqꝫ ſeruulorum quiſquam qui aduoꝛſum ierant?
Pꝛofecto hoc vere dicunt, ſi abſis vſpiam, aut
Vbi ſi ceſſes, euenire ea ſatius eſt,

Quæ in te vxor dicit, & quæ in animo cogitat
Irata, q̃ illa, quæ parentes propitij,
Vxor si cesses, aut amare cogitat,
Aut te amari, aut potare, aut animo obsequi.
Tibi bene esse soli, cum sibi sit male.
Ego quia non rediit filius, quæ cogito?
Quibus nunc sollicitor rebus? ne aut ille alserit,
Aut vspiam ceciderit, aut perfregerit aliquid.
Vah, quenquam ne hominem in animo instituere,
Aut parare quod sit carius, q̃ ipse est sibi?
Atqui ex me hic non natus est, sed ex fratre. is adeo
Dissimili studio est, iam inde ab adulescentia.
Ego hanc clementem vitam vrbanam, atq; ocyum
Sequutus sum, ET QVOD FORTVNATVM isti putãt
Vxorem nunquam habui. ille contra hæc omnia,
Ruri agere vitam, semper parce, ac duriter
Se habere, vxorem duxit, nati filij
Duo sunt, inde ego hunc maiorem adoptaui mihi.
Eduxi a paruulo, habui, amaui pro meo.
In eo me oblecto, solum id est carum mihi.
Ille vt idem contra me habeat facio sedulo.
Do, permitto, non necesse habeo omnia
Pro meo iure agere, postremo alij clanculum
Patre quæ faciunt, quæ fert adulescentia,
Ea ne me celet, consuefeci filium.
NAMQVI MENTIRI, aut fallere isueuerit p̃rez, aut
Audebit, tanto magis audebit cæteros.
PVDORE, ET LIBERALITATE liberos
Retinere satius esse credo, q̃ metu.

Hæc fratri mecum non conueniunt, neq; placent.
Venit sæpe ad me clamitans, quid agis Mitio?
Cur perdis adulescentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus sumptus suggeris?
Vestitu nimio indulges, nimium ineptus es.
Nimium ipse durus est, præter æquum, & bonum.
ET ERRAT LONGE MEA QVIDEM SENTENTIA,
Qui imperium credat grauius esse, aut stabilius
Vi quod fit, q̃ illud quod amicitia adiungitur.
Mea est sic ratio, & sic animum induco meum.
MALO COACTVS qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet.
Si sperat fore clam rursum ad ingenium redit.
Ille quem beneficio adiungas, ex animo facit,
Studet par referre, præsens, absensq;, idem erit.
HOC PATRIVM EST. potius consuefacere filium,
Sua sponte recte facere, q̃ alieno metu.
Hoc pater, ac dominus interest, hoc qui nequit,
Fateatur se nescire imperare liberis.
Sed est ne hic ipsus de quo agebam? & certe is est.
Nescio quid tristem video, credo iam (vt solet)
Iurgabit, saluum te aduenire Demea, (gaudemus.

Gaudemus præiungitur in scansione subsequenti versiculo.

Senarij.

DEMEA. MITIO.

Em opportune te ipsum quærito. Mi.
h Quid tristis es? De. rogites me? vbi nobis Aeschin⁹
Siet? qd tristis ego sum? Mi. dixin hoc fore?
Quid is fecit? De. quid ille fecerit? quem neq; pudet

Quidq̃z, neq̃z metuit quenquam, neq̃z legem putat
Tenere se vllam, nam illa quæ antehac facta sunt
Omitto, modo quid designauit? Mi. quid nam id est? De.
Fores effregit, atq̃z in ædis irruit
Alienas, ipsum dominum, atq̃z omnem familiam
Multauit vsq̃z ad mortem, eripuit mulierem
Quam amabat, clamant omnes indignissime
Factum esse hoc, aduenienti quot mihi Mitio
Dixere? in ore est omni populo. deniq̃z
Si conferendum exemplum est, nõ fratrem videt
Rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?
Nullum huius simile factum, hæc cum illi Mitio
Dico, tibi dico, tu illum corrumpi sinis. Mi.
HOMINE IMPERITO nunquam quidquam iniustius,
Qui nisi quod ipse fecit, nihil rectum putat. De.
Quorsum istuc? Mi. quia tu Demea hæc male iudicas.
Non est flagitium (mihi crede) adulescentulum
Scortari, neq̃z potare non est, neq̃z fores
Effringere, hæc si neq̃z ego, neq̃z tu fecimus,
Non siuit egestas facere nos. tu nunc tibi
Id laudi ducis, quod tum fecisti inopia,
Iniurium est, nam si esset vnde id fieret,
Faceremus, & tu illum tuum (si esses homo)
Sineres nunc facere, dum per ætatem licet.
Potius quam vbi te expectatum eiecisset foras,
Alieniori ætate, post faceret tamen. De.
Proh Iupiter tu homo adiges me ad insaniam.
Non est flagitium facere hæc adulescentulum? Mi. ah,
Ausculta, ne me obtundas de hac re sæpius.



Tuum filium dedisti adoptandum mihi.
Is meus est factus, siquid peccat Demea.
Mihi peccat, ego illi maxumam partem feram.
Obsonat, potat, olet vnguenta de meo.
Amat? dabitur a me argentum, dum erit commodum.
Vbi non erit, fortasse excludetur foras.
Fores effregit? restituentur, discidit
Vestem? resarcietur, est Dis gratia
Et vnde hæc fiant, & adhuc non molesta sunt.
Postremo aut desine, aut cedo quemuis arbitrum.
Te plura in hac re peccare ostendam. De. hei mihi
Pater esse disce ab his qui vere sciunt. Mi.
Natura tu illi pater es, consilijs ego. De.
Tun consulis quidquam? Mi. ah, si pergis abiero. De.
Sicine agis? Mi. an ego toties de eadem re audiam? De.
Curæ est mihi. Mi. & mihi curæ est, verum Demea
Curemus æquam vterque partem, tu alterum,
Ego item alterum, nam ambos curare propemodum
Reposcere illum est quem dedisti. De. ah, ah Mitio. Mi.
Mihi sic videtur. De. quid istuc? tibi si istuc placet,
Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.
Iam si verbum vnum posthac. Mi. rursum Demea
Irascere? De. an non credis? repeton quem dedi?
Aegre est, alienus non sum, si obsto, hem desino.
Vnum vis curem, curo, & est Dis gratia.
Cum ita volo vt est iste, tuus ipse sentiet.
Posterius, nolo in illum grauius dicere. Mi.
Nec nihil, neque omnia hæc sunt quæ dicit, tamen
Non nihil molesta hæc sunt mihi, sed ostendere

Me ægre pati illi nolui, nam ita ſt homo.
Cum placo, aduerſor ſedulo, & deterreo,
Tamen vix humane patitur, verum ſi augeam,
Aut etiam adiutor ſim eius iracundiæ,
Inſaniam profecto cum illo, & ſi Aeſchinus
Non nullam in hac re nobis facit iniuriam.
Quam hic non amauit meretricem? aut cui non dedit
Aliquid? poſtremo nuper credo iam omnium
Tædebat, dixit velle vxorem ducere.
Sperabam iam deferuiſſe adoleſcentiam.
Gaudebam, ecce autem de integro, niſi quidquid eſt,
Volo ſcire, atq; hominem conuenire, ſi apud forum ſt.

Iambici Trochaici Tetrametri mixti.

SANNIO LENO. AESCHINVS.

Secundus actus.

Obſecro populares ferte miſero, atq; inocenti auxiliũ,
Subuenite inopi. Ae. otioſe, nũc iã ilico hic conſiſte.
Quid reſpectas? nihil pᵉriclı̄ ſt, nunq̃ dũ ego adero hic
Ego iſtam inuitis omnibus. Ae. (te tãget. Sa.
Quãq̃ eſt ſceleſtᵘs nõ cõmittet hodie vnq̃ iterũ vt vapulet. Sa.
Aeſchine audi, ne te ignarum fuiſſe dicas meorum morum,
Leno ego ſũ. Ae. ſcio. Sa. at ita, vt vſq̃ fuit fide q̃ſq̃ optuma.
Tu quod te poſterius purges, hanc iniuriam mihi nolle
Factã eſſe, huius non faciã, crede hoc, ego meum ius pſequar.
Neq; tu verbis ſolues vnquam, quod mihi re maleſeceris.
Noui ego veſtra hæc, nollem factũ, iuſiurandum dabit, te eſſe
Indignũ iiuria hac, idignis cũ ego met ſiz accœptᵘs modis. Ae.
Abi præſtrenue, ac fores aperi. Sa. Cæterũ hoc nihil facis. Ae.



I intro nunc iā.Sa.at enim nō ſinā.Ae.accede illuc Parmeno,
Nimiū iſtoc abiſti,hic ꝓpter hūc aſſiſte.Sa.hem,ſic volo.Ae.
Caue nunc iam oculos a meis oculis quoq́ʒ demoueas tuos.
Ne mora ſit ſi innueri,gn pugnus cōtinuo in mala hæreat.S.
Iſtuc volo ergo ipm experiri.Ae.hē ſerua,omitte mulierē.Sa.
O facinꝰ indignū.Ae.geminabit niſi caueſ.S.hei miſero mihi.Ae.
Non inueram,verum in iſtam partem potius peccato tamen,
I nunc iam.Sa. qd hoc rei eſt?regnū ne Aeſchine hic tu poſſi/
Si poſſiderem,ornatus eſſes ex tuis vᷓtutibus.Sa. (des?Ae.
Quid tibi rei mecū ē?Ae.nihil.S.qd?noſti q ſim?Ae.nō.ꝯſide
Tetigin tui qdq̄ʒ?Ae.ſi attigiſſes,ferres iſortuniū.Sa. (ro.S.
Qui tibi magis licet meā habere,pro qua ego argentū dedi?
Reſponde.Ae.ante ædis non feciſſe erit melius hic conuitiuʒ.
Nam ſi moleſtus pergis eſſe,iam intro arripiere,atqʒ ibi ~
Vſqʒ ad necem opperiere loris.Sa.loris liber?Ae.ſic erit.Sa.
O hominē impurū,hicine libertatē aiūt æquā eſſe oībus?Ae.
Si ſatis iā debacchatꝰ es leno,audi ſi vis nūc iā.Sa. (di.S.
Egó ꝺbacchatꝰſū i te,an tu i me?Ae.omitte iſta,atqʒ ad rē re/
Quā rē?quo redeā?Ae.iā ne me vis dicē,qꝺ ad te attinet?Sa.
Cupio,mō æq aliqd.Ae.vah,leno iniqua me nō volt loq.Sa.
Leno ſum,fateor,pernities cōmunis adoleſcentium. ~
Periurus,peſtis,tamen tibi a me nulla eſt orta iniuria.Ae.
Nam hercle etiam id reſtat.Sa.illuc quæſo redi quo cœpiſti,
Minis viginti tu illā emiſti,q̄ res tibi vertat male (Aeſchie.Ae.
Argēti tantū tibi dabitur.Sa.qd,ſi ego tibi illā nolo vendere?
Coges me?Ae.minime.Sa.nāqʒ id metui.Ae.neqʒ vēdūdā cē
Quæ liberaſt,nā ego illā liberali aſſero cauſa manu. (ſeo.
Nūc vide vtrū vis argentū accipere,an cauſam meditari tuā.
Delibera hoc,dum ego redeo leno.Sa.pro ſupreme Iupiter.

Minime miror,qui insanire occipiunt ex iniuria.
Domo me eripuit,verberauit,me inuito abdurit meam.
Ob malefacta hæc tãtidem emptam postulat sibi tradier.
Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi.
Verum enim quãdo bene ꝓmeruit,fiat,suum ius postulat.
Age iam cupio,si modo argentū reddat,sed ego hoc ariolor.
Vbi me dixero dare tanti,testis faciet ilico
Vendidisse me,de argento somnium,mox cras redi.
Id quoq; possum ferre si modo reddat,quãquam iniuriumst.
Verum cogito id,quod res est,quãdo eum q̃stum occœperis
Accipiunda,& mussitanda iniuria adulescentiumst.
Sed nemo dabit,frustra egomet mecum has rationes deputo.

Tetrametri Septenarij,& Senarij.

SYRVS. SANNIO.

Ace,ego met ꝯueniã ipsū,cupide accipiat faxo,atq; ẽt
t Bñ dicat secũ ee actũ,qd istuc Sãniost qđ te audio?
Nescio qd ꝯcertasse cũ hero?Sa.nunq̃ vidi iniquius
Certationem comparatam,quãq; hæc hodie inter nos fuit.
Ego vapulãdo,ille verberãdo,vsq; ambo defessi sumus.Sy.
Tua culpa.S. qd agerẽ?Sy.adulescẽti morẽ gestũ opõtuit.Sa.
Quid potui meli⁹,q hodie vsq; os p̃bui?Sy.age,scis qd loq̃r?
PECVNIAM in loco neglegere maximum interdumst lucrum.Sa.hui.Sy.
Metuisti,si nũc de tuo iure concessisses paululum,atq;
Adulescenti esses morigeratus,hominum homo stultissime,
Ne nõ tibi istuc fœneraret.Sa.EGO SPEM p̃cio nõ emo.Sy.
Nunquã rem facies,abi,nescis inescare homines Sannio.Sa.
Credo istuc melius esse,verum ego nunquã adeo astutus fui,
Quin quidqd possem,mallem auferre potius in p̃sentia.Sy.

Age, noui tuum aium, quaſi iam vſquā tibi ſint viginti minæ,
Dū huic obſeq̄re. p̄terea autē te aiūt ꝓficiſci Cyprū. Sa. hē. Sy.
Coemiſſe hinc q̄ illuc vehere multa, nauē ↄductam, hoc ſcio.
Animus tibi pendet, vbi illinc ſpero redieris, tñ hoc ages. Sa.
Nuſquā pedem, perij hercle, hac illi ſpe B. icœperūt. Sy. timet,
Inieci ſcrupulū homini. Sa. o ſcelera, illuc vide
Vt in ipſo articulo oppreſſit, emptæ mulieris
Complures, & item hinc alia quæ porto Cyprum.
Niſi eo ad mercatum veniam, damnum maximumſt.
Nunc ſi hoc omittam, actum agam, vbi illinc rediero
Nihil eſt, refrixerit res, nunc demum venis?
Cur paſſus? vbi eras? vt ſit ſatius perdere,
Quam aut hic nūc manere tam diu, aut tum perſequi. Sy.
Iam ne enumeraſti, quod ad te redditurum putes? Sa.
Hocine illò dignumſt? hocine incipere Aeſchinum?
Per, oppreſſionem vt hanc mihi eripere poſtulet? Sy.
Labaſcit, vnum hoc habeo, vide ſi ſatis placet,
Potiuſq; venias in periculum Sannio,
Serues ne, an perdas totum, diuiduum face.
Minas decem corradet alicunde. Sa. hei mihi.
Etiam de ſorte nunc venio in dubium miſer.
Pudet nihil, omnes dentes labefecit mihi.
Preterea Colaphis tuber eſt totum caput.
Etiam inſuper defrudat? nuſquam abeo. Sy. vt lubet.
Nunquid vis quin abeam? Sa. imo hercle hoc q̄ſo Syre,
Vt vt hæc ſunt facta, potiuſquam lites ſequar.
Meum mihi reddatur, ſaltem quanti emptaſt Syre.
Scio non te vſum ante hac amicitia mea.
Memorem me dices eſſe, & gratum. Sy. ſedulo

Faciam, sed Cthesiphonem video, lætus est
De amica. Sa. quid, quod te oro? Sy. paulisper mane.

Tetrametri Iambici.

CTESIPHO. SYRUS.

Abs qui vis hoie (cũ est opus) bñficiũ accipe gaudeas.
a Verum enim vero id demum iuuat, siquẽ æquom est benefacere is facit.
O frater frater quid ego nunc te laudem? satis certe scio.
Nunquã ita magnifice quidquã dicã, id virtus qn superet tua.
Itaq; vnam hãc rem me habere pter alios pcipuam arbitror,
Fratrẽ homini neminẽ esse primarũ artiũ magis principẽ. Sy.
O Cthesipho. Ct. o Syre, Aeschinus vbi est? Sy. ellum, te expectat domi. Ct. hem. Sy.
Quid est? Ct. qd sit? illius opa Syre nũc viuo, festiuum caput,
Qui omnia sibi post putarit esse præ meo commodo,
Maledicta, famam, meum amorem, & peccatũ in se transtulit.
Nihil pote supra, sz qs nã foris crepuit? Sy. mãe, ipse exit foras.

Tetrametri Iambici.

AESCHINUS. SANNIO. CTHESIPHO. SYRUS.

Ubi est ille sacrilegus? Sa. men quærit? num quid naz
v effert? occidi.
Nihil video, Ae. ehez oportune te ipsum qrito, qd fit (Cthesipho?
In tuto ẽ ois res, omitte vero tristitiã tuam. Ct.
Ego illam facile vero omitto, qui quidem te habeam fratrem.
O mi Aeschine, o mi germane, ah vereor coram in os te laudare amplius,
Ne id assentãdi magis, q̃ quod habeã gratũ facere existimes.
Age inepte, quasi nũc non norimus nos inter nos Cthesipho.

Sed hoc mihi dolet, nos pene sero sciffe, & pene in eum locum
Rediffe, vt si oẽs cuperẽt, nihil tibi possent auxiliarier. Ct.
Pudebat. Ae. ab stultitia st istæc non pudor, tam ob paruolam
Rem pene ex p̃ria, turpe dictu, deos q̃so vt istæc ꝓhibeant. Ct.
Peccaui. Ae. quid ait tandẽ nobis Sãnio? Sy. iã mitis est. Ae.
Ego ad forũ ibo, vt hũc absoluã, tu itro ad illã Cthesipho. Sa.
Syre ista. Sy. eamus, nãq; hic ꝓperat i Cyprũ. Sa. ne tã qdem,
Quãuis etiam maneo ocyosus hic. Sy. reddetur, ne time. Sa.
At vt omne reddat. Sy. omne reddet, tace modo, ac sequere
hac. Sa. sequor. Ct.
Heus heus Syre. Sy. hẽ qd est? Ct. obsecro hercle hoiẽ istũ im
Quãprimũ absoluitote, ne si magis irritatus fiet, (purissimũ
Aliqua ad patrẽ hoc pmanet, atq; ego tũc ꝓpetuo pierim. Sy.
Nõ fiet, bono animo esto, tu cum illa te intus oblecta iterim,
Et lectulos iube sterni nobis, & parari cætera.
Ego iam transacta re conuortam me domũ cum obsonio. Ct.
Ita quæso, quãdo hoc bene successit, hilarẽ hũc sumamꝰ diem.

Iambici vt superiores.

SOSTRATA. CANTHARA.

Tertius Actus.

O Bsecro mea nutrix, qd nũc fiet? Ca. qd fiet rogas? recte
Edepol spo. S. mõ dolores mea tũ occipiũt pmulũ. C.
Iam nũc times q̃si nunq̃ adfueris, nunq̃ tu te pepereris? So.
Miserã me, neminẽ habeo, solæ sumꝰ, Geta aũt hic non adest.
Nec quẽ ad obstetricẽ mittã, nec qui accersat Aeschinum. Ca.
Pol is qdem iam hic aderit, nã nunq̃ vnũ intermittit diem,
Quin semp veniat. So. solus meaꝝ miseriaꝝ est remediũ. C.
E re nata melius fieri haud potuit, q̃ factum est hera,
Quando vitium oblatũ est, quod ad illum attinet potissimũ,

Talem tali genere, atq; animo natum ex tanta familia. So.
Ita pol est, vt dicis, saluos nobis deos quæso vt siet.

Tetrametri Iambici, & Dimeter vnus.

GETA. SOSTRATA. CANTHARA.

Vnc illud est, qđ si oēs omnia sua consilia conferant,
Atq; huic malo salutē quærāt, auxilij nihil afferant.
Qđ mihiq;, heræq;, filiæq; herili ē, væ misero mihi,
Tot res repente circumuallant, vnde emergi non potest,
Vis, egestas, iniustitia, solitudo, infamia.
Hocine sæculū, o scelera, o genera sacrilega, o hoies impiū. S.
Me miserā qd nā ē, qđ sic video timidū, & pperātem Getā? G.
Quem neq; fides, neq; iusiurandum, neq; illum misericordia
Repressit, neq; reflexit, neq; quod partus instabat prope,
Cui miseræ indigne per vim vitium obtulerat. So. nō itellego
Satis q̄ loquat. Ca. ppius obsecro accedam⁹ Sostrata. G. ah.
Me miserum vix sum compos animi, ita ardeo iracundia.
Nihil est, qđ malim, q̄ illā totam familiam dari mihi obuiā,
Vt iram hāc in eos euomā omnē, dū ægritudo hæc est recēs.
Satis mihi id habeam supplicij, dum illos vlciscar modo.
Seni animā primu; extinguerem ipsi, qui illud pduxit scelus.
Tum aūt Syrum impulsorē, vah, quibus illū lacerarē modis?
Sublimem mediū arriperē, & capite primu; in terrā statuerē,
Vt cerebro dispergat viam.
Adulescenti ipsi eriperem oculos, posthac præcipitem darem.
Cæteros ruerē, agerem, raperem, tunderem, & prosternerem.
Sed cesso herā hoc malo iptiri ppe, So. reuocemus, Geta. G.
Hē, qsqs es sine me. So. ego sū Sostrata. G. vbi ea st? te ipā; q̄
Te expecto, oppido oportune te obtulisti mihi obuiam (rito,

Hera.So.quid est?quid trepidas?Ge.hei mihi.So.quid festi/
nas mi Geta?
Aium recipe.Ge.ꝓrsus.So.qd istuc ꝓrsus ergost?Ge.ꝑimus.
Actū st.So.eloq̄re obsecro qd sit.G.iam.So.qd iam Geta?Ge.
Aeschinus.So.qd ergo is?Ge.alienus est a nr̄a familia.So.hē
Perij,quare?G.amare occœpit aliam.S.væ miseræ mihi.Ge.
Neq; id occulte fert,a lenone ipsus eripuit palam.So.
Sati h certe?Ge.certe,hisce ocul' egomet vidi Sostrata.So.ah,
Me miserā,qd credas iam?aut cui credas?nostrū Aeschinū,
Nostram vitā omnium,in quo nostræ spes,omnesq; opes sitæ
Erant,qui sine hac iurabat se vnum nunq̄ victurum diem,
Qui se in sui gremio positurum puerum dicebat,patrem
Ita obsecraturum,vt liceret sibi hanc vxorem ducere.Ge.
Hera,lacrumas mitte,ac potius quod ad hanc rem opus est
porro consule.
Patiamur ne,an narremꝰ cuipiā?S.hau,hau mi hō sanꝰne es?
An hoc ꝓferēdum tibi vsq̄ eē videt?Ge.mihi qdē non placet.
Iam primū illum alieno animo a nobis esse res ipsa indicat.
Nunc si hoc palam proferemus,ille inficias ibit sat scio.
Tua fama,& gnatæ vita in dubium veniet,tum si maxime
Fateatur,cum amet aliam,non est vtile hanc illi dari.
Quaꝓp quoquo pacto celato est opus.So.ah minime gentiū.
Nō faciā.Ge.qd agis?S.ꝓferā.G.hē,mea Sostrata vide qua;
Peiore res loco nō pōt esse,q̄ i quo nūc sita est. (rē agas.So.
Primum indotata est,tum præterea quæ secunda ei dos erat
Perijt,pro virgine dari nuptum non potest,hoc reliquomst,
Si inficias ibit,testis mecū est anulus,quem amiserat,
Postremo quādo ego cōscia mihi sū,a me culpā eē hāc ꝓcul,
Neq; ꝑtiū,neq; rē vllā itercessisse,illā aut me idignā Geta ex
(periar.Ge.

Quid istuc? accedo vt melius dicas. S. tu quantum potes
Abi, atq; Hegioni cognato huius rem omnē narrato ordine.
Nam is nostro Simulo fuit summus, & nos coluit maxime. Ge.
Nā hercle alius nemo respicit nos. So. ꝓpera tu mea cāthara,
Curre, obstetricē arcesse, vt cū opus sit, ne in mora nobis siet.

Senarij omnes.

DEMEA.

Isperij, Ctesiphonem audiui filium
Vna affuisse in raptione cum Aeschino.
Id misero restat mihi mali, si illum potest
Qui alicui rei est etiam eum ad nequitiam adducere.
Vbi ego illum quæram? credo abductum in ganeum
Aliquo, persuasit ille impurus, sat scio.
Sed eccum Syrrum, ire video, hinc scibo iam vbi siet.
Atq; hercle hic de grege illo est, si me senserit
Eum quæritare, nunquam dicet carnufex.
Non ostendam me id velle.

Eiusdem numeri sunt, Primus versus superiori connectitur.

SYRVS. DEMEA.

Mnem rem modo seni
Quo pacto se haberet enarramus ordine,
Nihil quidquam vidi lætius. De. proh Iupiter
Hominis stultitiam. Sy. collaudauit filium,
Mihi (qui dedissem consilium) egit gratias. De.
Disrumpor. Sy. argentum adnumerauit ilico,
Dedit præterea in sumptum dimidium minæ.
Id distributum sane est ex sententia. De. hem,
Huic mandes, si quid recte curatum velis. Sy.

Ehem Demea, haud asperexeram te, quid agitur? De.
Quid agatur? vostram nequeo mirari satis
Rationem. Sy. est hercle inepta, ne dicam dolo, atq;
Absurda, piscis cæteros purga Dromo.
Congrum istum maximum in aqua finito ludere
Paulisper, vbi ego venero exossabitur.
Prius nolo. De. hæcine flagitia? Sy. mihi qdem non placent.
Et clamo sæpe, salsamenta hæc Stephanio
Fac macerentur pulchre. De. Di vostram fidem
Vtrum studio ne id sibi habet, an laudi putat
Fore, si perdiderit gnatum, væ misero mihi,
Videre videor iam diem illum, cum hinc egens
Profugiet aliquo militatum. Sy. o Demea.
ISTVC EST SAPERE, non quod ante pedes modost
Videre, sed etiam illa quæ futura sunt
Prospicere. De. quid? istæc iam penes vos psaltria est? Sy.
Est iam intus. De. eho, an domi est habiturus? Sy. credo, vt est
Dementia. De. hæcine fieri flagitia? Sy. inepta lenitas
Patris, & facilitas praua. De. fratris me quidem
Pudet, pigetq;. Sy. nimium inter vos Demea,
Ac non quia ades præsens dico hoc, pernimium interest.
Tu quantus quantus, nihil nisi sapientia es.
Ille futilis, somnium, sineres vero illum tuum
Facere hæc? De. sinerem illum? an non sex totis mensibus
Prius olfecissem, q̃ ille quidquam cœperit? Sy.
Vigilantiam tuam tu mihi narras? De. sic fiet
Modo, vt nunc est quæso. Sy. vt quisquã suuz volt eẽ, itast. De.
Quid eum vidistin hodie? Sy. tuum ne filium?

Abigam huc rus, iamdudum aliquid ruri agere arbitor. De.
Satin scis ibi eũ esse? Sy. oh, q ego met pduri? De. optume est.
Metui ne haeret hic. Sy. atq; iratum admodum. De.
Quid autem? Sy. adortus iurgio fratrem apud forum
De psaltria istac. De. ain vero? Sy. vah, nihil reticuit.
Nam vt numerabitur forte argentum, interuenit
Homo de improuiso, coepit clamare, Aeschine
Haecine flagitia facere te? haec te admittere
Indigna genere nostro? De. oh, lacrumo gaudia. Sy.
Non tu hoc argentum perdis, sed vitam tuam. De.
Saluos sit, spero est similis maiorum suum. Sy. hui. De.
Syre praeceptorum plenus istorum ille. Sy.
Phy. domi habuit, vnde disceret. De. fit sedulo,
Nihil praetermitto, consuefacio, deniq;
INSPICERE, tanquam in speculum, vitas omnium
Iubeo. atq; ex alijs sumere exemplum sibi.
Hoc facito. Sy. recte sane. De. hoc fugito. Sy. callide. De.
Hoc laudi est. Sy. istaec res est. De. hoc vitio datur. Sy.
Probissime. De. porro autem. Sy. nõ hercle ocyum est,
Nunc mihi auscultandi, piscis ex sententia
Nactus sum, hi mihi ne corrumpantur cautiost.
Nam id nobis tam flagitiumst, q̃ illa Demea
Non facere vobis, quae modo dixti, & quod queo
Conseruis ad eundem illis praecipio modum.
Hoc salsumst, hoc adustumst, hoc lautumst parum,
Illud recte, iterum sic memento, sedulo
Moneo, quae possum pro mea sapientia.
Postremo tanquam in speculum, in patinas Demea
Inspicere iubeo, & moneo quid facto vsus fiet.

Inepta hæc esse nos quæ facimus sentio.
Verum quid facias? vt homost ita morem geras.
Nunquid vis? De. mentem vobis meliorem dari. Sy.
Tu rus hinc abis? De. recte. Sy. nam quid tu hic agas?
Vbi siquid bene præcipias nemo obtemperat? De.
Ego vero hinc abeo, quando is, quam ob rem huc veneram,
Rus abijt, illum curo vnum, ille ad me attinet.
Quando ita volt frater, de istoc ipse viderit.
Sed quis illic est, quem procul video? est ne hic Hegio,
Tribulis noster? si satis cerno, is herclest, vah, homo
Amicus nobis iam inde a puero Dij boni,
Næ illiusmodi iam nobis magna ciuium
Penuriast, homo antiqua virtute, ac fide.
Haud mali quid ortum ex hoc sit publice.
Quam gaudeo, vbi etiam huius generis relliquias
Restare video, vah, viuere etiam nunc libet.
Opperiar hominem hic, vt salutem, & colloquar.

Senarij omnes.

HEGIO. GETA. DEMEA.

Ro Di imortales, facinus indignum, Geta
p Quid narras? Ge. sic est factum. He. ex illan familia
Tam in liberale facinus esse ortum? o Aeschine
Pol haud paternum istuc dedisti. De. videlicet
De psaltria hac audiuit, id illi nunc dolet
Alieno, pater is nihilipendit, hei mihi
Vtinam hic prope adesset alicubi, atqꝫ audiret hæc. He.
Ni facient quæ illos æquomst, haud sic auferent. Ge.
In te spes omnis Hegio nobis sita est.

Te solum habemus, tu es patronus, tu pater,
Ille tibi moriens nos commendauit senex.
Si deseris tu perimus. He. caue dixeris.
Neq; faciam, neq; me satis pie posse arbitror. De.
Adibo, saluere Hegionem plurimum
Iubeo. He. te quærebam ipsum, salue Demea. De.
Quid autem? He. maior filius tuus Aeschinus,
Quem fratri adoptandum dedisti, neq; boni
Neq; liberalis functus est officium viri. De.
Quid istuc? He. nostrum amicum noras Simulum,
Atq; æqualem? De. quid ni? He. filiam eius virginem
Vitiauit. De. hem. He. mane, non dum audisti Demea
Quod est grauissimum. De. an quidquaz est etiã ampliꝰ? He.
Vero amplius, nam hoc qdem ferũdum aliquo modost.
Persuasit nox, amor, vinum, adulescentia.
Humanumst, vbi scit factum, ad matrem virginis
Venit ipsus vltro, lacrumans, orans, obsecrans,
Fidem dans, iurans se illam ducturum domum.
Ignotumst, tacitumst, creditumst. virgo ex eo
Compressu grauida facta est, mensis hic decimus est.
Ille bonus vir nobis psaltriam (si Dis placet)
Parauit, qui cum viuat, illam deserat. De.
Pro certon tu istæc dicis? He. mater virginis
In medio est, ipsa virgo, res ipsa, hic Geta
Præterea, vt captus est seruulorum, non malus,
Neq; iners, alit illas, solus omnem familiam
Substentat, hunc abduce, vince, quære rem. Ge.
Immo hercle extorque, nisi ita factumst Demea.
Postremo non negabit, coram ipso cedo. De.

Pudet, nec quid agam, neqꝫ quid huic respondeam
Scio. INtus. miseram me, differor doloribus.
Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro. He. hem
Num nam illa quæso parturit? Ge. certe Hegio. He. hem,
Illæc fidem nunc vestram implorat Demea.
Quod vos ius cogit, id voluntate impetret.
Hæc primum vt fiant deos quæso, vt vobis decet.
Sin aliter animus vester est, ego Demea
Summa vi hanc defendam, atqꝫ illum mortuum.
Cognatus mihi erat, vna a pueris paruoli
Sumus educati, vna semper militiæ, & domi
Fuimus, paupertatem vna pertulimus grauem.
Quapropter nitar faciam, experiar, deniqꝫ
Animam relinquam potius, q̄ illas deseram.
Quid mihi respōdes? De. fratrem conueniam Hegio,
Is quod mihi de hac re dederit consilium, id exequar. He.
Sed Demea hoc tu facito tecum animo cogites,
Quam vos facillime agitis, q̄ estis maxumi,
Potentes, dites, fortunati, nobiles,
Tam maxume vos æquo animo æqua noscere
Oportet, si vos voltis perhiberi probos. De.
Redito, fient, quæ fieri æquomst omnia. He.
Decet te facere, Geta duc me ad Sostratam. De.
Non me indicente hæc fient, vtinam hoc sit modo
Defunctum, verum nimia illæc licentia,
Profecto euadet in aliquod magnum malum.
Ibo, ac requiram fratrem, vt in eum hæc euomam. He.
Bono animo fac sis Sostrata, & istam, quod potes
Consolere, ego Mitionem si apud forumst

Conueniam, atq; vt res gesta si narrabo ordine.
Si est facturus, vt sit officium suum
Faciat, sin aliter de hac re est eius sententia,
Respondeat mihi, vt quid agam quam primum sciam.

Tetrametri Iambici Trochaici mixti, & Dimeter vnus.

CTHESIPHO. SYRVS.

¶Quartus actus. (villã st.

a In pře; hic abisse rus? S. iã dudũ. Ct. dic sodes. S. apud
Nũc eũ maxume opis aliqd facere credo. Ct. vtinã qdẽ.
Quod cum salute eius fiat, ita se defatigarit velim.
Vt triduo hoc perpetuo prorsus e lecto nequeat surgere. Sy.
Ita fiat, & istoc siquid potis est rectius. Ct. ita, nam hunc diem
Misere nimis cupio, vt cœpi perpetuum in lætitia degere.
Et illud rus nulla alia causa tam male odi, nisi quia
Propest, quod si abesset longius,
Prius nox oppressisset illic, q̃ huc reuerti posset iterum.
Nunc vbi me illic non videbit iam huc recurret sat scio.
Rogabit me, vbi fuerim, quem ego hodie toto non vidi die,
Quid dicã? Sy. nihil ne i mẽtest? Ct. Nũq̃ qdq̃. Sy. tãto neqor
Cliẽs, amicus, hospes, nemo est vobis? Ct. sũt, qd postea? Sy.
Hisce opa, vt data sit. Ct. q̃ nõ data sit? nõ põt fieri. S. põt. Ct.
Interdiu, sed si hic pernocto, causæ quid dicam Syre? Sy.
Vah, q̃ vellem etiam noctu amicis operam mos esset dari.
Quin tu otiosus es, ego illius sensum pulchre calleo.
Cũ feruit maxume, tã placidũ, q̃ oue; reddo. Ct. quo mõ? Sy.
Laudarier te audit libenter, facio te apud illum deum,
Virtutes narro. Ct. meas? Sy. tuas, hõi ilico lacrumæ cadunt,
Quasi puero gaudio, hem tibi autem. Ct. quid nam est? Sy.
LVPVS IN FABVLA. Ct.



Pt ē?Sy.ipſuſt.Ct.Syre qd agimꝰ?Sy.fuge mō itro,ego vide/
Sigd rogabit?nuſq̄ tu me,audiſti?Sy.potiut oſ̄inas? (ro.Ct.

Pares ſuperioribus.

DEMEA. CTESIPHO. SYRVS.

E ego hō ſum iſelix?primū fratrē nuſq̄ iuenio gētiū.
n Præterea aūt dum illuz quæro,a villa mercenarium
Vidi,is filium negat eſſe ruri,nec quid agaz ſcio.Ct.
Syre,Sy.quid ais?Ct.men quærit?Sy.
Verum.Ct.perij.Sy.quin tu animo bono es.De.
Quid hoc malum infelicitatis?nequeo ſatis decernere,
Niſi me credo huic eſſe natum rei ferundis miſerijs.
Primus ſentio mala noſtra,primus reſciſco omnia.
Primus porro obnuntio,ægre ſolus ſiquid fit fero.Sy.
Rideo hunc,primum ait ſe ſcire,is ſolus neſcit omnia.De.
Nunc redeo,ſi forte frater redierit viſo.Ct.Syre
Obſeceo,vide ne ille huc prorſus ſe irruat.Sy.etiam taces?
Ego cauebo.Ct.nunq̄ hercle hodie ego iſtuc cōmittam tibi.
Nam me in cellā aliquā cum illa concludā,id tutiſſimū ſt.Sy.
Age,tamē ego hunc amouebo.D.ſed eccū ſceleratū Syrū.Sy.
Non hercle hic quidem durare quiſq̄ ſi ſic fit poteſt.
Scire eqdē volo quot mihi ſint dñi,quæ hæc eſt miſeria?De.
Quid ille gānit?qd volt,quid ais bone vir?ē frater domi?Sy.
Quid malū,bone vir mihi narras?eqdē pij.De.qd tibi ē?Sy.
Rogitas?Cteſipho me pugnis miſerum,ꝛ iſtam pſaltriam
Vſq̄ occidit.De.hē,qd narras?Sy.hē,vidꝰ vt diſcidit labꝝ.D.
Quā ob rē?Sy.me impulſore hāc emptā eſſe ait.De.non tu eū
Rus hic mō ꝑduce aiebas?De.factū,verū venit poſt iſaniēs.
Nihil pepercit,non puduiſſe verberare hominem ſenem,

Quem ego

Quem ego modo puerũ tãtillũ in manibus gestaui meis.D.
Laudo Cthesipho, patrissas, abi, virum te iudico.Sy.
Laudas ne? ille continebit posthac si sapiet manus.De.
Fortiter.Sy.per quã, quia miserã mulierem, & me seruolum,
Qui referire non audebam, vicit, hui, perfortiter.De.
Nõ potuit melius, idem sensit quod ego, te esse huic rei caput.
Sed est ne frater itus? Sy.nõ est.De.vbi illũ quærã cogito.Sy.
Scio vbi sit, verũ hodie nunquã monstrabo.D.hẽ qd ais? Sy.
Ita.De.diminuetur tibi quidẽ iaꝫ cerebrũ.Sy.at nomẽ nescio
Illius hominis, sed locum noui vbi sit.D.dic ergo locum.Sy.
Nostin porticũ apð macellũ hãc deorsũ? De.qd ni nouerim? S.
Præterito hac recta platea sursum, vbi eo veneris,
Cliuos deorsum vorsum est, hac te præcipitato, postea
Est ad hanc manum sacellum, ibi angiportuꝫ propter est.De.
Quo nam? Sy.illic vbi etiaꝫ caprificus magna est, nostin? De.
noui.Sy.hac pergito.De.
Id quidẽ angiportum non est peruium.Sy.veruꝫ hercle, vah,
Censen hominẽ me esse? erraui, in porticum rursum redi.
Sane hac multo propius ibis, & minor est erratio.
Scin Cratini huiꝰ ditis ædes? De.scio.Sy.vbi eas præterieris,
Ad sinistram hac recta platea, vbi ad Dianæ veneris,
Ito ad dextrã, priusquã ad portam venias, apud ipsum lacum
Est Pistrilla, & exaduersũ est fabrica, ibi ẽ.De.qd ibi facit? Sy.
Lectulos in sole iligneis pedibus faciundos dedit,
Vbi potetis vos.De.sane bene, sed cesso ad eum pergere.Sy.
I sane, ego te exercebo hodie vt dignus es silicernium,
Aeschinus odiose cessat, prandium corrumpitur,
Cthesipho autem in amore est totus, ego iã prospiciam mihi.
Nam iam adibo, atqꝫ vnum quidqd qð qdẽ erit bellissimum



Carpam,& cyathos sorbillans paulatim hũc producam diez.

Iambici Tetrametri.

MITIO. HEGIO.

e Go i hac re nihil repio,quã ob rẽ lauder tãtope Hegio.
Meum officiũ facio.qd peccatũ a nobis ortũst corrigo.
Nisi me in illo credidisti esse hoĩum numero,quia ita putant
Sibi fieri iniuriam,vltro siquam fecere ipsi expostulant,
Et vltro accusant,id quia nõ est a me factũ,agis gratias.He.
Ah,minime,nunquã te aliter,atq; es in animũ induri meũ.
Sed quæso,vt vna mecum ad matrem virginis eas Mitio.
Atq; istæc eadem quæ mihi dixti,tu te dicas mulieri.
Suspitionẽ hanc pter fratrẽ eius esse,& illam psaltriam.Mi.
Si ita æquũ cẽses,aut si ita opus est facto,eamus.He.bene facis,
Nam & illi animum iam releuabis,quæ dolore,ac miseria
Tabescit,& tuo officio fueris functus,sed si aliter putas,
Ego met narrabo q̃ mihi dixti.Mi.imo ego ibo.He.bñ facis,
OMNES QVIBVS res sũt minus secũdæ,magis sũt nescio
Suspitiosi ad cõtumeliã,omnia accipiunt magis (quo modo
Propter suam impotentiam,se semper credunt neglegi.
Qua pter te ipsum purgare ipsis coram placabilius est.Mi.
Et recte,& vera dicis.He.seq̃re me ergo hac itro.Mi.maxume.

Tetrametri Senarij mixti,& vnus Trochaicus Catalecticus.

AESCHINVS.

d I scrucior animi,hocine deimprouiso mali mihi obici
Tantũ,vt neq; qd me faciã neq; qd agã certum siet?
Mẽbra metu debilia sunt.animus timore obstipuit,
Pectore consistere nihil consilij quit.vah,
Quo modo me ex hac expediam turba
Tanta?nunc suspitio de me incidit,neq; ea immerito,

Soſtrata credit mihi me pſaltriam hanc emiſſe, id anus
Mihi inditium fecit.
Naz vt hinc forte ea ad obſtetricẽ erat miſſa, vbi eã vidi, ilico
Accedo, rogito, Pamphila quid agat, iam partus adſiet.
Eo ne obſtetricẽ accerſat, illa exclamat, abi, abi, iam Aeſchine
Satis diu vba dediſti nobis, ſatis adhuc tua fruſtrataſt fides.
Hez qd iſtuc obſecro inquãſt? valeas, habeas illã quæ placet.
Senſi ilico id illas ſuſpicari, ſed me reprehendi tamen,
Nequid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palam.
Nunc qd faciam? dicam fratris eſſe hãc, quod minimeſt opuſt
Vſquam efferri, age, mitto, fieri potis eſt, vt ne qua exeat.
Ipſum id metuo vt credant, tot concurrunt veriſimilia,
Ego met rapui, ipſe ego met ſolui argẽtũ, ad me abducta ẽ do
Hæc adeo mea culpa fateor fieri, non me hanc rẽ patri (mũ,
Vt erat geſta indicaſſe, exoraſſem vt eam ducerem.
Ceſſatũ vſq3 adhuc eſt, nũc iam porro Aeſchine expergiſcere.
Nũc hoc primũ eſt, ad illas ibo vt purgẽ me, accedã ad fores,
Peri, horreſco ſemper, vbi pultare haſce occipio fores.
Heus, heus, Aeſchinus ego ſũ, aperite aliquis actutũ hoſtiũ.
Prodit neſcio quis, concedam huc.

Connectitur ſequenti.

Tetrametri & Trimetri mixti. Iambici & Trochaici.

MITIO. AESCHINVS.

Ita vt dixi Soſtrata (ſint ſciat.
Facito, ego Aeſchinũ ꝯueniam, vt quo mõ acta hæc
Sed quis hoſtiuz hoc pultauit? Ae. pater hercle eſt, pe
rij. Mi. Aeſchine. Ae.
Quid huic hic negotiſt? Mi. tu ne has pepuliſti fores?

Tacet,cur non ludo hunc aliquantisper?melius est
Quando quidem hoc nunquam mihi ipse voluit credere.
Nihil mihi respondes?Ae.non eqdẽ instas,quod sciam. Mi.
Ita,nam mirabar quid hic negoti esset tibi.
Erubuit,salua res est.Ae.dic sodes pater,
Tibi vero quid istic est rei?Mi.nihil mihi quidem.
Amicus quidam me a foro abduxit modo
Huc aduocatum sibi.Ae.quid?Mi.ego dicam tibi.
Habitant hic quædam mulieres pauperculæ,
Vt opinor has non nosse te,& certo scio,
Neq; enim diu huc cõmigrarũt.Ae.quid tum postea?Mi.
Virgo est cum matre.Ae.perge.Mi.hæc virgo orbast patre.
Hic meus amicus illi genere est proximus,
Huic leges cogunt nubere hanc.Ae.perij.Mi.quid est?Ae.
Nihil recte,perge.Mi.is venit,vt secum aduehat,
Nam habitat Mileti.Ae.hem,virginẽ vt secum aduehat? Mi.
Sic est.Ae.Miletum vsq; obsecro?Mi.ita.Ae.animo malest.
Quid ipse?quid aiunt?Mi.quid istas censes?nihil enim
Commenta mater est,esse ex alio viro
Nescio quo puerum natum,neq; eum nominat.
Priorem esse illum,non oportere huic dari.Ae.
Eho non ne hæc iusta tibi videntur postea?Mi.
Non.Ae.obsecro non?an illam hinc abducet pater?Mi.
Quid ni illam abducat?Ae.factum a vobis duriter,
Immisericorditerq;,atq; etiam si est pater
Dicendum magis aperte,illiberaliter.Mi.
Quam ob rem?Ae.rogas me?quid illi tandem creditis
Fore animi misero,qui cum illa consueuit prius,
Qui infelix(haud scio an illam nunc misere amat)

Cum hanc sibi videbit præsens præsenti eripi,
Abduci ab oculis, facinus indignum pater. Mi.
Qua ratione istuc? quis despondit? quis dedit?
Cui quando nupsit? authoris rebus qui est?
Cur duxit alienam? Ae. an sedere oportuit
Domi virginem tam grandem, dum cognatus hinc
Illinc veniret expectantem? hæc mi pater
Te dicere æquom fuit, & id defendere. Mi.
Ridiculum, aduorsum ne illum causam dicerem,
Cui veneram aduocatus, sed quid ista Aeschine
Nostra? aut quid nobis cum illis? abeamus, quid est?
Quid lacrumas? Ae. pr̄ obsecro, ausculta. Mi. Aeschine audiui
Et scio, nā te amo, quo magis q̄ agis curæ sūt mihi. Ae. (oia.
Ita velim me promerentem ames, dum viuas mi pater,
Vt me hoc delictū admisisse in me id mihi vehemēter dolet.
Et me tui pudet. Mi. credo hercle, nam ingenium noui tuum
Liberale, sed vereor ne indiligens nimium sies.
In qua ciuitate tandem te arbitrare viuere?
Virginem vitiasti, quam te ius non erat tangere.
Iam id peccatum primū magnum, at humanum tamen.
Fecere alij sæpe, item boni, at postq̄z id euenit, cedo.
Nunquid circumsperti? aut nūquid tute prosperti tibi
Quid fieret? qua fieret? si te ipsuz mihi puduit dicere,
Qua resciscerem, hæc dum dubitas, menses abierunt decem.
Prodidisti, & te, & illam miserā, & gnatū, quod qdem in te fuit.
Quid credebas? dormienti hæc tibi confecturos deos?
Et illam sine tua opera in cubiculum iri deductum domum?
Nolim cæterarum rerum te socordem eodem modo,
Bono animo es, duces vxorem hanc. Ae. hē, Mi. bono aio es,

Inquam. Ae. pater
Obsecro nũ ludis tu nũc me? Mi. ego te? quã ob rẽ? Ae. nescio.
Nisi quia tã misere hoc esse cupio verũ, eo vereor magis. Mi.
Abi domũ, ac deos comprecare, vt vxorem accersas, abi. Ae.
Quid? iam ne vxorem? Mi. iam. Ae. iam? Mi. iam quãtum po-
tes. Ae. Di me pater
Omnes oderint, ni magis te, q̃ oculos nunc amo meos. Mi.
Quid? q̃ illam? Ae. æque. Mi. perbenigne. Ae. quid? ille vbi
est Milesius? M.
Abijt, perijt, nauẽ ascẽdit, sed cur cessas? Ae. abi pater.
Tu potius deos comprecare, nam tibi eos certe scio,
Quo vir melior multo es q̃ ego, obtemperaturos magis. Mi.
Ego eo intro, vt q̃ opus sunt parent̃, tu fac vt dixi si sapis. Ae.
Quid hoc est negoti? hoc est patrem esse? aut hoc est filiũ esse?
Si frater, aut sodalis esset, qui magis morem gereret?
Hic non amandus, hicine non gestandus insinust? hem,
Itaq; adeo magnam mihi iniecit sua cõmoditate curam,
Ne forte imprudens faciam quod nolit. sciens cauebo,
Sed cesso ire intro, ne mora meis nuptijs ego met siem.

Senarij omnes.

DEMEA.

Efessus sum ambulando, vt Syre te cum tua
D Monstratione magnus perdat Iupiter.
Perreptaui vsq; omne oppidũ ad portam, ad lacum.
Quo non, neq; illic fabrica vlla erat, & neq; fratrem homo
Vidisse se aiebat quisquam, nunc vero domi
Certum obsidere est vsq; donec redierit.

Senarij.

MITIO. DEMEA.

Bo, illis dicam nullam esse in nobis moram. De.
Sed eccum ipsum, te iamdudum quæro Mitio. Mi.
Quid nam? De. fero alia flagitia ad te ingentia
Boni illius adulescentis. Mi. ecce autem. De. noua,
Capitalia. Mi. ohe, iam. De. nescis qui vir sit. Mi. scio. De.
Ah, stulte tu de psaltria me somnias agere.
Hoc peccatum est in virginem ciuem. Mi. scio. De.
Eho, scis & patere? Mi. quid ni patiar? De. dic mihi,
Non clamas? non insanis? Mi. non, malim quidem. De.
Puer natus est. Mi. Di bene vortãt. De. virgo nihil habet. Mi.
Audiui. De. & ducenda indotatast? Mi. scilicet. De.
Quid nunc futurumst? Mi. id enim quod res ipsa fert,
Illinc huc transferetur virgo. De. o Iupiter,
Istocine pacto oportet? Mi. quid faciam amplius? De.
Quid facias rogitas? si non re ipsa tibi istuc dolet,
Simulare certe est hominis. Mi. quin iam virginem
Despondi, res composita est, fiunt nuptiæ,
Dempsi metum omnem, hæc magis sunt hominis. De. cæterũ
Placet tibi factum Mitio? Mi. non, si queam
Mutare, nunc cum non queo, æquo animo fero.
ITA VITAST HOMINVM, quasi cum ludas tesseris.
Si illud quod est maxume opus iactu non cadit,
Illud quod cecidit forte, id arte vt corrigas. De.
Corrector, nempe tua arte viginti minæ
Pro psaltria periere, quæ quantum potest
Aliquo abiicienda est, si non precio, at gratis. Mi.
Neq; est, neq; illam sane studeo vendere. De.
Quid igitur facies? Mi. domi erit. De. proh diuum fidem,
Meretrix, & mater familias erit vna in domo? Mi.

Cur non?De.ſanum ne te credis eſſe?Mi.equidē arbitror.De.
Ita me Di ament, vt video ego tuam ineptiam,
Facturum credo, vt habeas qui cum cantites.Mi.
Cur non?De.& noua nupta eadem hæc diſcet?Mi.ſcilicet.De.
Tu inter eas reſtim ductans ſaltabis? Mi.probe.
Et tu nobiſcum vna, ſi opus ſit.De.hei mihi.
Non te hæc pudent?Mi.iam vero omitte Demea
Tuam iſtanc iracundiam, atq; ita vti decet
Hilarem, ac lubentem fac te in nati nuptijs.
Ego hos conueniam, poſt huc redeo.De.o Iupiter,
Hancine vitam?hoſcine mores?hanc dementiam?
Vxor ſine dote veniet, intus pſaltria eſt.
Domus ſumptuoſa, aduleſcens luxu perditus.
Senex delirans, ipſa ſi cupiat Salus,
Seruare prorſus non poteſt hanc familiam.

Senarij.

SYRVS. DEMEA.

Quintus actus.

Depol Syriſce te curaſti molliter,
e Lauteq; munus adminiſtraſti tuum.
Abi, ſed poſtquam intus ſum omnium rerum ſatur,
Prode ambulare, huc libitum eſt.De.illud ſis vide
Exemplum diſciplinæ? Sy.ecce autem hic adeſt ſenex
Noſter, quid fit?quid tu es triſtis?De.ohe ſcelus.Sy.
Eho iam tu verba fundis hic ſapientia.De.
Tun ſi meus eſſes.Sy.Dis quidem eſſes Demea,
Ac tuam rem conſtabiliſſes.De.exemplum omnibus

Curarem, vt esses. Sy. quam ob rem? quid feci? De. rogas?
In ipsa turba, atq; in peccato maxumo,
Quod vix sedatum satis est, potasti scelus, quasi
Re bene gesta. Sy. sane nollem hunc exitum.

Senarij.

DROMO. SYRVS. DEMEA.

Eus heus Syre, rogat te Cthesipho vt redeas. Sy. abi. De.
h Quid Cthesiphonem hic narrat? Sy. nihil. De. eho carnufex
Est Cthesipho intus? Sy. non est. De. cur hic nominat? Sy.
Est alius quidam parasitaster paruolus,
Nostin? De. iam scibo. Sy. qd agis? quo abis? De. mitte me. Sy.
Noli inquam. De. non manum abstines mastigia?
An tibi mauis cerebrum dispergi hic? Sy. abijt.
Edepol cómessatorem haud sane commodum,
Præsertim Cthesiphoni, quid ego nunc agam?
Nisi dum hæ silescunt turbæ, interea in angulum
Aliquo abeam? atq; edormiscam hoc villi: sic agam.

Senarij omnes.

MITIO. DEMEA.

Arata a nobis sunt ita vt dixi Sostrata
p Vbi vis. quis nã a me pepulit tã grauiter fores? De.
Hei mihi quid faciam? quid clamem? aut querar?
O cœlum, o terra, o maria Neptuni. Mi. hem tibi.
Resciuit omnem rem, id nunc clamat scilicet,
Paratæ lites, succurrendum st. De. eccum adest
Communis corruptela, nostrorum liberum. Mi.

Tandem reprime iracundiam, atq; ad te redi. De.
Repreſſi, redi, mitto maledicta omnia,
Rem ipſam putemus, dictum inter nos hoc fuit,
Ex te adeo eſt ortum, ne tu curares meum,
Ne væ ego tuum, reſponde. Mi. factum eſt, non nego. De.
Cur nunc apud te potat? cur recipis meum?
Cur emis amicam Mitio? num qui minus
Mihi idem ius æquomſt eſſe, quid mecumſt tibi?
Quando ego tuum non curo, ne cura meum. Mi.
Nō æquom dicis. De. nō? Mi. nā vetus verbum hoc quidemſt.
COMMVNIA ESSE AMICORVM inter ſe omnia. De.
Facete, nunc demum iſtæc nata oratioſt. Mi.
Auſculta paucis, niſi moleſtumſt Demea.
Principio ſi id te mordet ſumptum filij
Quem faciunt, quæſo facito, hæc tecum cogites,
Tu illos duos olim pro te tollebas tua.
Quod ſatis putabas tua bona ambobus fore,
Et me tum vxorem credidiſti ſcilicet
Ducturum, eandem illam rationem antiquam obtine.
Conſerua, quære, parce, fac q̃ plurimum
Illis relinquas, gloriam tu iſtam obtine.
Mea, quæ præter ſpem euenere, vtantur ſine.
De ſumma nihil decedet, quod hinc acceſſerit.
Id de lucro putato eſſe, omnia hæc ſi voles
In animo vere cogitare Demea,
Et mihi, & tibi, & illis dempſeris moleſtiam. De.
Mitto rem, conſuetudinem ipſorum. Mi. mane.
Scio, iſtuc ibam, MVLTA IN HOMINE Demea
Signa inſunt, ex quibus coniectura facile fit,

Duo cum idem faciunt, ſæpe vt poſſis dicere,
Hoc licet impune facere huic, illi non licet,
Non quod diſſimilis res ſit, ſed quod is qui facit,
Quæ ego eſſe in illis video vt confidam fore, ita
Vt volumus, video, ſapere, intellegere eos in loco
Vereri, inter ſe amare, ſcire, eſt liberum
Ingenium, atq; animum, quo vis illos tu die
Reducas, at enim metuas, ne ab re ſint tamen
Omiſſiores paulo, o noſter Demea
Ad omnia alia ætate ſapimus rectius.
Solum vnum hoc vitium affert ſenectus hominibus,
ATTENTIORES ſumus ad rem omnes, q̃ ſat eſt,
Quod illos ſat ætas acuet. De. ne nimium modo
Bonæ tuæ iſtæ nos rationes Mitio,
Et tuus iſte animus æquos ſubuortant. Mi. tace,
Non fiet, mitte iam iſtæc, da te hodie mihi,
Exporge frontem. De. ſcilicet, ita tempus fert,
Faciundumſt, cæterum rus cum filio
Cum prima luce ibo hinc. Mi. imo de nocte cenſeo.
Hodie modo hilarum fac te. De. & iſtam pſaltriam
Vna illuc mecum hinc abſtraham. Mi. pugnaueris.
Eo pacto prorſum illic alligaris filium.
Modo facito, vt illam ſerues. De. ego iſtuc videro.
Atq; illi fauillæ plena fumi, ac pollinis
Coquendo ſit faxo, & molendo, præter hæc
Meridie ipſo faciam, vt ſtipulam colligat.
Tam excoctam reddam, atq; atram, q̃ carbo ſt. Mi. placet.
Nunc mihi videre ſapere, atq; equidem filium,
Tum etiam ſi nolit cogas, vt cum illa vna cubet. De.

Derides? fortunatus qui istoc animo sies.
Ego sentio. Mi. ah pergis ne? De. iam iam desino. Mi.
I ergo intro, ⁊ cui opus est rei, ei rei hilarē hūc sumamus diē.

Tetrametri.

DEMEA.

VNQVAM ita q̄sq̄ bn̄ subducta rōne ad vitā fuit,
n Quin res, ætas, vsus semꝑ aliquid adportet noui,
Aliquid moneat, vt illa, quæ te scire credas, nescias,
Et quæ tibi putaris prima in experiundo repudies,
Quod mihi nūc euenit, nā ego vitā durā, quā vixi vsq; adhuc,
Prope iam excurso spatio, mitto, id quā ob rem re ipsa repperi
FACILITATE, nihil homini esse melius, neq; clemētia.
Id esse verum ex me, atq; ex fratre, cui vis facilest noscere.
Ille suam semper egit vitam in ocyo, in conuiuijs.
Clemens, placidus, nulli ledere os, arridere omnibus.
Sibi vixit, sibi sumptum fecit, omnes benedicunt, amant,
Ego ille agrestis, sæuus, tristis, parcus, truculentus, tenax,
Duxi vxorem, quam ibi miseriam vidi? nati filij
Alia cura, porro autem dum studeo illis, vt q̄ plurimum
Facerem, contriui in quærundo vitam, atq; ætatem meam.
Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab his fero
Odium. ille alter sine labore patria potitur commoda.
Illum amant, me fugitant, illi credunt cōsilia omnia.
Illum diligunt, apud illum sunt ambo, ego desertus sum.
Illum vt viuat optant, meam autem mortē expectant, scilicet
Ita eos meo labore eductos maximo, hic fecit suos
Paulo sumptu, miseriam omnem ego capio, hic potit gaudia.
Age age, nunc experiamur contra hæc quid ego possiem

Blande dicere, aut benigne facere, quando eo prouocat.
Ego quoqꝫ a meis me amari, & magnipendi postulo.
Si id fit dando, atqꝫ obsequendo, non posterioris feram.
Deerit, id mea minime refert, qui sum natu maximus.

Trimetri.

SYRVS. DEMEA.

Eus Demea, rogat frater ne abeas longius. De.
h Quis homo? o Syre noster, salue, quid fit? qd agit? S.
Recte. De. optimest, iam nũc hæc tria primuz addidi
Præter naturam, o noster, quid fit, quid agitur?
Seruom haud illiberalem præbes te, & tibi
Lubens bene faxim. Sy. gratiam habeo. De. atqui Syre
Hoc verumst, & ipsa re experiere prope diem.

Eiusdem rationis.

GETA. DEMEA.

Era ego hinc ad hos prouisam, quã mox virginem
h Accersant, sed eccum Demeam, saluos fies. De.
Oh, qui vocare? Ge. Geta. De. Geta, maxumi
Precij esse te hominem iudicaui animo meo hodie.
Nam is mihi est profecto seruus spectatus satis,
Cui dominus curæst, ita vt tibi sensi Geta.
Et tibi ob eam rem, siquid vsus venerit,
Lubens bene faxim, meditor esse affabilis,
Et bene procedit. Ge. bonus es, cum hæc existimas. De.
Paulatim plebem primulum facio meam.

Eiusdem numeri.

AESCHINVS. DEMEA. SYRVS. GETA.

Ccidunt me quidem dum nimis ſanctas nuptias
o Student facere, in apparando conſumunt diem. De.
Quid agit Aeſchine? Ae. hem pr̃ mi, tu hic eras? De.
Tuus hercle vero, & animo, & natura pater,
Qui te amat pluſq̃ hoſce oculos, ſed cur non domum
Vxorem acceſſis? Ae. cupio, verum hoc mihi mora eſt
Tibicina, ⁊ hymenæum qui cantent. De. eho
Vin tu huic ſeni auſcultare? Ae. quid? De. miſſa hæc face.
Hymenæum, turbam, lampadas, tibicinas,
Atqꝫ hanc in horto maceriam iube dirui
Quantum poteſt, hac tranſfer, vnam fac domum.
Traduc, & matrem, & familiam omnem ad nos. Ae. placet
Pater lepidiſſime. De. euge, iam lepidus vocor.
Fratris ædes fient peruiæ, turbam domum adducet,
Et ſumptum admittet, multa, quid mea?
Ego lepidus ineo gratiam, iube nunc iam
Dinumeret Babylo ille viginti minas.
Syre ceſſas ire, ac facere? Sy. quid ago? De. dirue.
Tu illas abi & traduce. Ge. Di tibi Demea
Benefaciant, cum te video noſtræ familiæ
Tam ex animo factum velle. De. dignos arbitror.
Quid tu ais? Ae. ſic opinor. De. multo rectius eſt
Quam illam puerperam, nunc duci huc per viam
Aegrotam. Ae. nihil enim vidi melius mi pater. De.
Sic ſoleo, ſed eccum Mitio egreditur foras.

Trimetri ⁊ Tetrametri mixti.

MITIO. DEMEA. AESCHINVS.

i Vbet frater? vbi is eſt, tu ne iubes hoc Demea? De.
Ego vero iubeo, & in hac re, & alijs omnibus

Quam maxume vnam facere nos hanc familiam,
Colere,adiuuare,adiungere. Ae.ita quæso pater.
Haud aliter censeo.De.immo herde ita nobis decet.
Primum huius vxoris est mater.Mi.est,quid postea?De.
Proba,& modesta,Mi.ita aiunt.De.natu grandior.Mi.
Scio.De.parere iam diu per annos hæc non potest.
Nec qui eam respiciat quisquam est,sola est.Mi.quam hic rez agit?De.
Hanc te æquum est ducere,& te operam vt fiat dare.Mi.
Me ducere autem?De.te.Mi.me?De.te inq̃.Mi.ineptis.De.si
Tu sis homo,hic faciet.Ae.mi pater.Mi.quid tu
Huic asine auscultas?De.nihil agis,fieri aliter
Non potest.Mi.deliras.Ae.sine te exorem mi pater.Mi.
Insanis?aufer te.De.age,da veniã filio.Mi.satin san⁹ es? ego
Nouus maritus anno demum quinto,& sexagesimo
Fiam,atq; anũ decrepitã ducã?id ne estis authores mihi?Ae.
Fac,promisi ego illis.Mi.ꝓmisti autẽ?de te largitor puer.Ae.
Age,qd siqd te maius oret?Mi.quasi hoc nõ sit maximu3.De.
Age,da veniã.Ae.ne grauar̃.D.fac,ꝓmitte.Mi.nõ omittis?Ae.
Nõ,nisi vxorẽ.Mi.vis est hæc qdez.De.age,ꝓlixe Mitio.Mi.
Et si hoc mihi prauũ,ineptũ,absurdũ,atq; alienũ a vita mea
Videatur,si vos tantopere istuc vultis fiat.Ae.bene facis.
Merito te amo.De.ve3 qd ego dicã,Is ꝯfit qđ volo?Ae.qđ vo(lo?
Quid nunc qđ restat?Hegio his est cognatus ꝓxumus.
Affinis nobis,pauper,bene nos aliquid facere illi decet.Mi.
Quid facer̃?De.Agelli hic sub vrbe ẽ paululũ qđ locitas foris
Huic demus qui fruatur.Mi.paululũ id aũt?De.si multum sit
Faciundũ est,pro patre huic est,bonus est,noster ẽ,recte dar̃.
Postremo non meum illud verbum facio,quod tu Mitio.



Bene,ꝛ ſapiẽter dixti dudũ.VITIVM Cõmune omnium eſt,
Qđ nimiũ ad rẽ in ſenecta attẽti ſumꝰ,hãc maculã nos decet
Effugere,dictum eſt vere,& re ipſa fieri opoꝛtet.Mi.
Quid iſtuc?dabitur quidem,quando hic volt.Ae.
Mi pater.De.nunc tu mihi es germanus pariter
Coꝛpoꝛe,& animo.Mi. gaudeo.De. SVO SIBI HVNC
GLADIO IVGVLO.

Tetrametri mixti.Et pꝛimus ſuperioꝛi coniungitur.

SYRVS. DEMEA. MITIO. AESCHINVS.

Actum eſt,quod iuſti Demea.De.
Frugi homo es,edepol hodie mea quidem ſentẽtia.
Iudicio Syrũ fieri eſſe æquũ liberũ.Mi.iſtunc liberũ?
Quod nã ob factũ?De.multa.Sy.o noſter Demea,edepol vir
Ego iſtos vobis vſq; a pueris curaui ãbos ſedulo, (bonꝰes,
Docui,monui,bene pꝛæcepi ſemper quæ potui omnia.De.
Res apparet,& quidem poꝛro hæc obſonare,cum fide
Scoꝛtum adducere,apparare de die conuiuium.
Nõ mediocris hõis hæc ſunt officia.Sy.o lepidum caput. De.
Poſtremo hodie in pſaltria iſta emunda,hic adiutoꝛ fuit.
Hic curauit,pꝛodeſſe æquum eſt,alij melioꝛes erunt.
Deniq; hic vult fieri.Mi.vin tu hoc fieri?Ae.cupio.Mi. ſiqde;
Tu vis Syre eho accede huc ad me,liber eſto.Sy.benefacis.
Omnibus gratiã habeo,& ſeoꝛſu; tibi pꝛæterea Demea.De.
Gaudeo.Ae.ꝛ ego.Sy.credo,vtinã hoc perpetuũ fiat gaudiũ,
Phꝛygiam vt vxoꝛem meam,vna mecum videam liberã.De.
Optumam quidẽ mulierem.Sy.equidẽ tuo nepoti huius filio
Hodie pꝛimam mãmam dedit hæc.De.hercle vero ſerio
Siquidẽ pꝛima dedit,haud dubiũ quin emitti æquũ fiet .Mi.
Ob eã rẽ?De.ob eã,poſtremo a me argẽtũ quãti ẽ ſumito.Sy.

Dij tibi

Di tibi Demea oro omnes semper omnia optata offerāt. Mi.
Syre processisti hodie pulchre. De. siquidem porro Mitio
Tu tuum officium facies, atq; huic aliquid paululum prae manu
Dederis unde utatur, reddet tibi cito. Mi. istoc vilius. Ae.
Frugi homo est. Sy. reddā hercle, da modo. Ae. age pater. Mi. post consulam. De.
Faciet. Sy. o vir optime. Ae. o mi pater festiuissime. Mi.
Quid istuc? quae res tam repente mores mutauit tuos?
Quod proluuium? quae istaec subita est largitas? De. dicā tibi.
Ut id ostenderem, quod te isti facilem, & festiuum putant,
Id non fieri ex vera vita, neq; adeo ex aequo & bono,
Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo Mitio.
Nunc adeo si ob eā rem vobis mea vita inuisa est Aeschine,
Quia non ista prorsus iniusta omnia omnino obsequor.
Missa facio, effundite, emittite, facite quod vobis lubet.
Sed si id vultis potius, quae vos propter adulescentiam
Minus videtis, magis impense cupitis, consulitis parum,
Haec reprehendere & corrigere me, & obsecundare in loco,
Ecce me qui id faciam vobis. Ae. tibi pater permittimus.
Plus scis quid facto opus est, sed de fratre quid fiet? De. sino
Habeat, in istac finem faciat. Ae. Istuc Recte.

PLAUDITE.



ACTA LVDIS MEGALENSIB. SEXTO IVLIO .CN. CORNELIO DOLABELLA. AEDILIB. CVRVLIB. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI TIBIIS PARIB. TOTA GRAECA MENANDRV. FACTA EST. ACTA PRIMO SINE PROLOGO. DATA SECVNDO .CN. OCTAVIO .T. MANLIO COSS. RELATA EST LVCIO AEMYLIO PAVLO LVDIS FVNERALIB. NON EST PLACITA. TERTIO RELATA Q. FVLVIO .L. MARCO AEDILIB. CVRVLIB. EGIT .L. AMBIVIVS .L. SERGIVS TVRPIO. PLACVIT.

FABVLAE INTERLOCVTORES.

PHILOTIS Meretrix.	PHIDIPPVS Senex
SYRA Anus.	PAMPHILVS Adulescens.
PARMENO Seruus.	MYRRHINA Mulier.
LACHES Senex.	SOSIA Seruus.
SOSTRATA Mulier.	BACCHIS Meretrix.

C. SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA.

Senarij.

Xorem duxit Pamphilus Philumenam,
v Cui quondam ignorans virgini vitium obtulit,
Eiusq; per vim quem detraxit anulum
Dederat amicæ Bacchidi meretriculæ,

Dein profectus in Imbrum eſt, nuptam haud attigit,
Hanc mater vtero grauidam comperit,
Vt ægram ad ſe tranſfert, reuenit Pamphilus,
Deprehendit, partum celat, vxorem tamen
Recipere non volt, pater incuſat Bacchidis
Amorem, dum ſe purgat Bacchis, anulum
Mater vitiatæ forte agnoſcit Myrrhina,
Vxorem recepit Pamphilus cum filio.

PROLOGVS.

Eiuſdem rationis.

Ecyra eſt huic nomen fabulæ, hæc cum data eſt
h Noua, nouum interuenit vitium, & calamitas.
Vt neqꝫ ſpectari, neqꝫ cognoſci potuerit.
Ita populus ſtudio ſtupidus, in funambulo
Animum occuparat, nunc hæc plane eſt pro noua.
Et is qui ſcripſit hanc, ob eam rem noluit
Iterum referre, vt iterum poſſit vendere,
Alias cognoſtis eius, quæſo hanc noſcite.
Orator ad vos venio ornatu prologi.
Sinite exorator ſim, eodem vt iure vti ſenem
Liceat, quo iure ſum vſus adoleſcentior.
Nouas qui exactas feci vt inueteraſcerent,
Ne cum poeta ſcriptura euaneſceret,
In his quas primum Cecili didici nouas.
Partim ſum earum exactus, partim vix ſteti,
Quia ſciebam dubiam fortunam eſſe ſcænicam,
Spe incerta, certum mihi laborem ſuſtuli.

Easdem agere cœpi, vt ab eodem alias discerem
Nouas studiose, ne illum ab studio abducerem.
Perfeci vt spectarentur, vbi sunt cognitæ,
Placitæ sunt, ita poetam restitui in locum
Prope iam remotum iniuria aduersarium
Ab studio, atq; ab labore, atq; ab arte musica.
Quod si scripturam spreuissem in præsentia,
Et in deterrendo voluissem operam sumere,
Vt in ocyo esset, potiusquam in negotio.
Deterruissem facile, ne alias scriberet.
Nunc quid petam mea caussa, æquo animo attendite.
Hecyram ad vos refero, quam mihi per silentium
Nunquam agere licitum est, ita eam oppressit calamitas.
Eam calamitatem vestra intelligentia
Sedabit, si erit adiutrix nostræ industriæ.
Cum primum eam agere cœpi pugilum gloria,
Funambuli eodem accessit expectatio,
Comitum conuentus, strepitus, clamor mulierum
Fecere, vt ante tempus exirem foras.
Vetere in noua cœpi vti consuetudine,
In experiundo vt essem, refero denuo.
Primo actu placeo, cum interea rumor venit
Datum iri gladiatores, populus conuolat.
Tumultuant, clamant, pugnant de loco.
Ego interea meum non potui tutari locum.
Nunc turba nulla est, ocyum, & silentium est.
Agendi tempus mihi datum est, vobis datur
Potestas condecorandi ludos scænicos.
Nolite sinere per vos artem musicam

Recidere ad paucos, facite vt vestra authoritas
Meæ authoritati fautrix, adiutrixq; sit,
Si nunq; auare statui pretium arti meæ,
Et eum esse quæstum, in animum induxi meum.
Quam maxime seruire vostris commodis.
Sinite impetrare, me qui in tutelam meam
Studium suum, & se in vestram cõmisit fidem.
Ne eum circunuentum inique iniqui irrideant.
Mea caussa caussam hanc accipite, & date silentium,
Vt libeat scribere alijs, mihiq; vt discere
Nouas expediat, posthac pretio emptas meo.

¶Primus Actus.

PHILOTIS MERETRIX. SYRA ANVS.

Senarij.

p ER POL QVAM PAVCOS repias meretricib9
Fidelis euenire amatores Syra.
Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi
Quam sancte, vt quiuis facile posset credere,
Nunq; illa viua ducturum vxorem domum.
Hem duxit. Sy. ergo propterea te sedulo
Et moneo, & hortor, ne cuiusq; te misereat,
Quin spolies, mutiles, laceres quenquem nacta sis. Ph.
Vt in eximium neminem habeam? Sy. neminem.
Nam nemo illorum quisq; scito ad te venit,
Quin ita paret se se abs te vt blanditijs suis,
Quam minimo pretio suam voluptatem expleat.
Hiscine tu amabo non contra insidiabere? Ph.

Tamen eandem pol esse omnibus iniurium est. Sy.
Iniurium est autem vlcisci aduersarios?
Aut qua via captent te illi, eadem ipsos capi?
Eheu me miseram, cur non aut istæc mihi
Aetas ⁊ forma est, aut tibi hæc sententia?

PARMENO. PHILOTIS. SYRA.

Senarij.

Enex si quæret me modo, isse dicito
Ad portum percontatum aduentum Pamphili.
Audin quid dicam Scirte? si quæret me vti
Tum dicas, si non quæret, nullus dixeris.
Alias vt vti possim caussa hac integra.
Sed videon ego Philotim? vnde hæc aduenit?
Philotis salue multum. Ph. o salue Parmeno. Sy.
Salue mecastor Parmeno. Pa. ⁊ tu ædepol Syra.
Dic mihi Philotis vbi te oblectasti tam diu? Ph.
Minime egdem me oblectaui, quæ cum milite
Corinthum hinc sum profecta inhumanissimo,
Biennium ibi perpetuum misera illum pertuli. Pa.
Aedepol te desiderium Athenarum arbitror
Philotim cœpisse sæpe, ⁊ te tuum
Consilium contempsisse. Ph. non dici potest
Quam cupida eram huc redeundi, ⁊ abeundi a milite,
Vosq; hic videndi, antiqua vt consuetudine
Agitarem inter vos libere conuiuium.
Nam illic haud licebat nisi præfinito loqui
Quæ illi placerent. Pa. haud opinor commode

Finem statuisse orationi militem. Ph.
Sed quid hoc negoti est modo quæ hæc narrauit mihi
Hic intus Bacchis? quod ego nunquam credidi
Fore, vt hac ille viua posset animum inducere
Vxorem habere. Pa. habere aût? Ph. eho tu an non habet? Pa.
Habet, sed firmæ hæ vereor vt sint nuptiæ. Ph.
Ita Di deæq; faxint, si in rem est Bacchidis.
Sed qui istuc credam ita esse? dic mihi Parmeno. Pa.
Non est opus prolato, hoc percontarier
Desiste. Ph. nempe ea caussa vt ne id fiat palam
Ita me Di bene ament, haud propterea te rogo
Vt hoc proferam, sed vt tacita mecum gaudeam. Pa.
Nunquam dices tam cómode, vt tergum meum
Tuam in fidem cómittam. Ph. ah noli Parmeno,
Quasi tu non multo malis narrare hoc mihi,
Quam ego quæ perconter scire. Pa. vera hæc prædicat.
Et illud mihi maximum vitiumst, si mihi fidem
Das, te tacituram dicam. Ph. ad ingenium redis.
Fidê do, loquere. Pa. ausculta. Ph. istic sum. Pa. hãc Bacchidê
Amabat vt cum maxime tum Pamphilus,
Cum pater vxorem vt ducat orare occipit,
Et hæc cómunia omnium quæ sunt patrum
Se senem esse dicere, illum autem esse vnicum
Præsidium velle se senectuti suæ.
Ille primo se negare, sed postquam acrius
Pater instat, fecit animi vt incertus foret,
Pudori an ne amori obsequeretur magis.
Tundendo, atq; odio deniq; effecit senex.
Despondit ei gnatam huius vicini proxumi.

Vsq; illud visum est Pamphilo neutiq̃ graue,
Donec iam in ipsis nuptijs, postq̃ videt
Paratas, nec moram vllam quin ducat dari.
Ibi demum ita ægre tulit, vt ipsam Bacchidem
Si adesset, credo eius cõmiseresceret.
Vbicunq; datum erat spatium solitudinis,
Vt conloqui mecum vna posset, Parmeno
Perij, quid ego egi? in quod me conieci malum?
Non potero hoc ferre Parmeno, perij miser. Ph.
At te Di Deæq; perduint cum istoc odio Laches. Par.
Vt ad pauca redeam, vxorem deducit domum.
Nocte illa prima virginem non attigit.
Quæ consecutast nox, eam nihilo magis. Ph.
Quid ais? cum virgine vna adulescens cubuerit,
Plus potis se illa abstinere vt potuerit?
Non verisimile dicis, nec verum arbitror. Par.
Credo ita videri tibi, nam nemo ad te venit,
Nisi cupiens tui, ille inuitus illam duxerat. Ph.
Quid deinde fit? Par. diebus sane pauculis.
Post Pamphilus me solum seducit foras,
Narratq;, vt virgo a se integra etiam tum siet.
Seq;, anteq̃ eam vxorem duxisset domum,
Sperasse eas tolerare posse nuptias.
Sed quam decrerim me non posse diutius
Habere, eam ludibrio haberi Parmeno.
Quin integram itidem reddam, vt accepi a suis.
Neq; honestum mihi, neq; vtile ipsi virgini est. Ph.
Pium, ac pudicum ingenium narras Pamphili. Par.
Hoc ego proferre incõmodum esse mihi arbitror,

Reddi patri autem, cui tu nihil dicas viti
Superbum eſt, ſed illam ſpero, vbi hoc cognouerit,
Non poſſe ſe mecum eſſe abituram deniq;. Ph.
Quid interea? ibat ne ad Bacchidem? Par. cottidie
Sed vt fit, poſtq̃ hunc alienum ab ſe ſe videt
Maligna multo, & magis procax facta ilico eſt. Ph.
Non ædepol mirum. Par. atqui ea res multo maxime
Diſiunxit illum ab illa, poſtq̃, & ipſe ſe ſe
Et illam, & hanc, quæ domi erat cognouit ſatis,
Ad exemplum ambarum mores earum exiſtimans,
Hæc ita vti liberali eſſe ingenio decet,
Pudens, modeſta, incōmoda, atq; iniurias
Viri omnis ferre, & tegere contumelias.
Hic animus partim vxoris miſericordia
Deuinctus, partim victus huiuſce iniurijs,
Paulatim elapſus Bacchidi, atq; huic tranſtulit
Amorem, poſtq̃ par ingenium nactus eſt.
Interea in Imbro moritur cognatus ſenex
Horum, ad hos redibat lege hereditas.
Eo amantem inuitum Pamphilum extrudit pater.
Reliquit cum matre hic vxorem, nam ſenex
Rus abdidit ſe ſe, huc raro in vrbem cōmeat. Ph.
Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ? Par.
Nunc audies, primum dies compluſculos
Bene conueniebat ſane inter eas, interim
Miris modis odiſſe cœpit Soſtratam,
Neq; lites vllæ inter eas, poſtulatio
Nunq̃. Ph. quid igitur? Par. ſiquando ad eam acceſſerat
Confabulatum, fugere e conſpectu ilico

Videre nolle, deniq; vbi non quit pati
Simulat se a matre accersi ad rem diuinam, abijt,
Vbi illic dies est compluris accersi iubet,
Dicere caussam, tunc nescio quam, iterum iubet,
Nemo remisit, postquam accersiuit sæpius
Aegram esse simulant mulierem, nostra ilico
It visere ad eam, admisit nemo, hoc vbi senex
Resciuit, heri ea caussa rure huc aduenit,
Patrem continuo conuenit Philumenæ.
Quid egerint inter se non dum etiam scio,
Nisi sane curæ est quorsum euenturum hoc siet,
Habes omnem rem, pergam quo cœpi hoc iter. Phi.
Et quidem ego, nam constitui cum quodam hospite
Me esse illum conuenturam. Pa. Dij vortant bene
Quod agas. Phi. Vale, Par. & tu bene vale Philotis.

LACHES. SOSTRATA.

Tetrametri, Senarij, & Septenarij non nulli.

¶ Secundus Actus.

PROH DEVM ATQVE HOMINVM fidē quod
hoc genus est, quæ hæc coniuratio
Vt oēs mulieres eadē æque studeant, nolintq; oia,
Neq; declinatā quidquam ab aliarū ingenio vllam reperias.
ITAQVE adeo vno animo omnes Socrus oderunt nurus,
Viris esse aduorsas æque studium est, similis pertinacia est,
In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam,
Et ei ludo si vllus est, magistrā hanc esse satis certo scio. So.
Me miseram, quæ nunc quam ob rem accuser nescio. La. hem
Tu nescis? So. Non, ita me Di bene ament mi Laches.

Ita vt vna iter nos agere ætaté liceat.La.Di mala ꝓhibeãt.So.
Meq; abs te imerito esse accusatã postmodũ resciscés.La.scio.
Te imerito?an quidquã pro istis factis dignũ te dici potest,
Quæ me,& te,& familiam dedecoras,filio luctum paras?
Tum autem ex amicis inimici,vt sint nobis affines facis,
Qui illum decrerunt dignũ suos cui liberos cõmitterent.
Tu sola exhorrere q̃ pturbas hæc,tua ipudétia.So.ego ne?L.
Tu inquam mulier,quæ me oĩno lapidem haud hoiẽ putas.
An quia ruri esse crebro soleo,nescire arbitramini
Quo quisq; pacto hic v.tam vestrorum exigat?
Multo melius hic quæ fiunt,q̃ illic vbi sum assidue scio.
Ideo quia vt vos mihi domi eritis,pinde ego ero fama foris.
Iam pridem eqdem audiui cœpisse odium tui Philumenam.
Minimeq; adeo mirum,& ni id fecisset,magis mirum foret.
Sed non credidi adeo,vt etiam totam hanc odisset domum,
Quod si scissem illa hic maneret potius,tu hinc isses foras.
At vide quã imerito ægritudo hæc orit mihi abs te Sostrata.
Rus habitatum abij,concedens vobis,& rei seruiens.
Sumptus vestros,ociumq;,vt nostra res posset pati,
Meo labori haud parcens præter æquum,atq; ætatem meã.
Non te pro his curasse rebus nequid ægre esset mihi?So.
Non mea opera,neq; pol culpa euenit.La.imo maxime.
Sola hic fuisti,in te omnis hæret culpa,sola Sostrata
Quæ hic erant curares,cum ego vos solui curis cæteris.
Cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet?
Illius dices culpa factum.So.haud eqdé dico mi Laches.La.
Gaudeo,ita me Di ament,gnati causa,nam de te quidem
Satis scio,peccando detrimenti nihil fieri potest.So.
Qui scis an ea caussa mi vir me odisse assimularit?



Vt cum matre vna plus esset. La. quid ais? nō signi sat est,
Quod heri nemo voluit visentem te ad eas intromittere. So.
Enim lapsam oppido tū aiebant, eo ad eā nō admissa sū. La.
Tuos esse illi mores morbū magis, quā vllā aliā rē arbitror,
Et merito adeo, nam vestrarum nulla est, quin gnatum velit
Ducere vxorem, & quae vobis placita conditio est datur.
Vbi duxere impulsu vestro, vestro impulsu easdem exigunt.

PHIDIPPVS. LACHES. SOSTRATA.
Tetrametri quadrati.

T si scio ego Philumena meum esse ius, vt te cogam
e Quae ego imperē facere, ego tamē patrio aio victus,
Vt tibi ɔcedā, neq; tuae libidini aduersabor. L. (faciā
Atq; eccum Phidippū optume video, ex hoc iam scibo qd fiet.
Phidippe, & si ego meis oībus scio me esse apprime obsequētē,
Sed nō adeo vt facilitas mea illorum corrumpat animos.
Quod si tu idem faceres, magis in rem, & nostram & vo//
stram id esset.
Nunc video in illarum potestate esse te. Ph. eia vero. La.
Adij te heri de filia, vt veni itidem incertum amisisti.
Haud ita decet, si perpetuam vis esse affinitatem hanc
Celare te iras, siquid est peccatum a nobis profer.
Aut ea refellendo, aut purgando vobis corrigemus,
Te iudice ipso. sin ea est caussa retinendi apud vos
Quia aegra est, te mihi iniuriam facere arbitror Phidippe.
Si metuis, satis ne vt meae domi curetur diligenter.
At (ita me Di ament) haud tibi hoc concedo, & si illi pater es,
Vt tu illam saluam magis velis, q̄ ego, id adeo gnati caussa
Quem ego intellexi illā haud minus q̄ se ipsum magnificare.

Neq3 adeo me clam est, quã esse eũ grauiter laturum credam,
Hoc si resciuerit, eo domum, studeo hæc priusq̃3 ille huc rede/
Laches, & diligẽtiam vestram, & benignitatem (at.Ph.
Noui, & quæ dicis omnia esse vt dicis animum induco,
Et te hoc mihi cupio credere, illam ad vos redire studeo,
Si facere possim vllo modo. La. quæ res te facere id ꝓhibet?
Eho nũqd nam accusat virũ? Ph. minime, nam postq̃3 attendi
Magis, & vi cepi cogere vt rediret, sancte adiurat
Non posse apud vos Pamphilo absente perdurare.
Aliud fortasse alijs vitij est, ego sum animo leni natus.
Nõ possum aduorsari meis. La. hẽ Sostrata. So. heu me mise/
Certũ ne est istuc? Ph. nũc qdẽ vt videt, s3 nũc qd vis? (rã. L.
Nam est qd me forum transire iam oportet. La. eo tecu3 vna.

SOSTRATA.

Similes Superioribus.

Edepol ne nos mulieres sumus, æque oẽs iuisæ viris
a Propt paucas q̃ oẽs faciũt dignæ, vt videamur malo.
Nam (ita me Di ament) quod me accusat, nunc vir
sum extra noxiam.
Sed nõ facile est expurgatu, ita animum induxerũt, socrus
Omnis esse iniquas, haud pol me quidem, nam nũquã secus
Habui illã, ac si ex me eẽt nata, nec qui hoc mihi eueniat scio,
Nisi pol filium multis modis iam expecto vt redeat domum.

ℭ Tertius Actus.

PAMPHILVS. PARMENO. MYRRHINA.

Tetrametri, Senarij, & Dimeter vnus. (oblata
n Emini ego plura acerba eẽ credo ex amore hoi vnq̃;
Quã mihi, heu me ifelicẽ, hãcine ego vitã parsi pdẽ?

Hacine cauſſa ego eram tātopere cupidus redeundi domum?
Cui quāto fuerat præſtabilius, vbi vis gentium agere ætatem
Quam huc redire? atq; hæc ita eſſe miſerum me reſciſcere?
Nam nos omnes, qbus eſt alicunde aliquis obiectus labos,
Omne quod eſt interea tēpus, priuſq̃ id reſcitumſt lucroſt. Pa.
At ſit, citius qui te expedias his ærumnis reperias.
Si non rediſſes, hæ iræ factæ eſſent multo ampliores.
Sed nunc aduentum tuum ambas Pamphile ſcio reuerituras.
Rem cognoſces, iram expedies, rurſum in gratiam reſtitues.
Leuia ſunt hæc, quæ tu pergrauia eſſe in animum induxti
tuum. Pam.
Quid conſolare me? an quiſquā vſq̃ gentium eſt æque miſer?
Priuſquā hāc vxorē duxi, habebā alibi animū amori deditum.
Iam in hac re vt taceam, cuiuis facile ſcitu quā fuerim miſer.
Tamen nunq̃ auſus ſum recuſare eam, quā mihi obtrudit pr.
Vix me illinc abſtraxi, atq; impeditū in ea expediui animū meū,
Vixq; huc contuleram, hem noua res ortaſt, porro ab hac quæ
me abſtrahat.
Tum matrē ex ea re aut me vxorē in culpa inuēturū arbitror,
Quod cū ita eſſe inuenero, quid reſtat porro niſi vt fiā miſer?
Nam matris ferre iniurias me Parmeno pietas iubet.
Tum vxori obnoxius ſum, ita olim ſuo me ingenio pertulit.
Tot meas iniurias quæ nunquam vllo patefecit loco.
Sed magnum neſcio quid neceſſe eſt eueniſſe Parmeno.
Vnde ira inter eas interceſſit, quæ tam permanſit diu. Pa.
Haud quidē hercle paruum ſt, ſi vis vero verā rationem exequi,
Non maxumas, quæ maxumæ ſunt interdum iræ, iniurias
Faciunt, nā ſæpe eſt in qbus rebus alius ne iratus qdem eſt,
Cum de eadem cauſſa eſt iracūdus factus inimiciſſimus.

PYERI inter se se q̄ pro leuibus noxis iras gerunt?
Quapropter? qa eni qui eos gubernat animus ĩfirmũ gerũt.
Itidem illæ mulieres sunt ferme, vt pueri leui sententia.
Fortasse vnum aliqđ verbũ inter eas iram hanc cõciuerit. Pã.
Abi Parmeno intro, ac me venisse nuncia. Par. Hem. quid
hoc est? Pam. tace,
Trepidari sentio, cursari sursum, prorsum, agedum ad fores
Accede propius. Par. hem sensistin? Pã. noli fabularier.
Proh Iupiter clamorem audio. Par. tute loq̄ris, me vetas? My.
Tace obsecro mea gnata. Pã. matris vox visast Philumenæ.
Nullus sum. Par. qui dum? Pã. qa perij. Par. quã ob rem. Pã.
Nescio quod magnum malum
Profecto Parmeno me celas. Par. vxorem Philumenam
Pauitare nescio, quid dixerunt, id si forte est nescio. Pã.
Interij, cur mihi id nõ dixti? Par. quia non poterã vna oĩa. Pã.
Quid morbi est? Par. nescio, Pã. quid? nemon medicum addu
xit? Par. nescio. Pam.
Cesso hinc ire intro, vt hoc quãprimum qdquid est certũ sciã?
Quo nam modo Philumena mea nunc te offendam affectaȝ?
Nã si piculum vllũ in te est, perisse me vna haud dubiũ ẽ. Pa.
Non vsus facto est mihi nunc hunc intro sequi.
Nam inuisos omnis nos esse illis sentio.
Heri nemo voluit Sostratam intro admittere.
Si forte morbus amplior factus fiet,
Quod sane nolim maxime heri caussa mei,
Seruon ilico introisse dicent Sostratæ.
Aliquid tulisse cõminiscentur mali,
Capiti atq; ætati illorum morbus qui auctus fiet.
Hera in crimen veniet, ego vero in magnum malum.

SOSTRATA. PARMENO. PAMPHILVS.

Quadrati, Septenarij penultima longa.

Escio quid iamdudum hic audio tumultuari misera.
n Male metuo ne Philumenæ magis morbus aggrauescat.
Quod te Aesculapi, et te salus neqd sit hui⁹ oro.
Nunc ad eam visam. Par. heus Sostrata. So. hem. Par. iterum
istinc excludere. So.
Ehem Parmeno tun hic eras? perij, quid faciam misera.
Non visam vxorē Pāphili, cum in proximo hic sit ægra? Par.
Non visas, nec mittas quidem visendi caussa quenquam,
NAM QVI AMAT cui odio ipsus est, bis facere stulte dico.
Laborem inanem ipsus capit & illi molestiam affert,
Tum autem filius introijt videre vt venit quid agat. So.
Quid ais? an venit Pāphilus? Pa. venit. So. Dis habeo grās.
Hem istoc verbo aius mihi redijt, et cura ex corde excessit. Pa.
Iam ea te caussa maxime huc nunc introire nolo.
Nam si remittent quidpiam Philumenam dolores,
Omnem rem narrabit scio continuo sola soli,
Quæ inter vos interuenit, vnde ortumst initium iræ,
Atque eccū video ipm egredi, quā tristis ē. So. o mi gnate? Pā.
Mea mater salue. So. gaudeo venisse saluum, saluan
Philumena est? Pā. meliuscula est. So. vtinā istuc ita Di faxint.
Quid tu igitur lacrumas? quid es nunc tam tristis? Pam.
recte mater. So.
Quid fuit tumulti? dic mihi, an dolor repente inuasit? Pam.
Ita factūst. So. qd morbi est? Pā. febris. So. cottidiana? Pa. ita
I sodes intro, cōsequar iam te mea mater. So. fiat. Pā. (aiunt,
Tu pueris curre Parmeno obuiā, atque his onera adiuta. Pa.
Quid?

Quid? non sciunt ipsi viam domū qua redeant? Pam. cessas?

PAMPHILVS.

Tetrametri, & Septenarij Penultima longa, & Senarij pauci.

Equeo mearū rerum initiū ullum inuenire idoneū,
n Vnde exordiar narrare, quæ nec opinanti accidunt,
Partim q̄ p̄speri his oculis, partim q̄ acœpi auribꝰ,
Qua me propter exanimatum citius eduxi foras.
Nam modo me intro vt corripui timidus, alio suspicans
Morbo me visurum affectam, ac sensi esse vxorem, hei mihi
Postq̄ me asperere ancillæ aduenisse, ilico omnes simul
Lætæ exclamant, venit, id quod me derepente asperexant.
Sed continuo voltum earum sensi immutari omnium,
Quia tam incōmode illis fors obtulerat aduentum meum.
Vna illarum forte interea propere præcucurrit nuntians
Me venisse, ego eius videndi cupidus, recta consequor.
Postq̄ introij, extemplo eius morbum cognoui miser.
Nam neq̧ vt celari posset, tempus, spatium vllum dabat.
Neq̧ voce alia, ac res monebat ipsa poterat conqueri.
Postq̄ asperi, oh facinus indignum inquam, & corripui ilico,
Me inde lacrumās, incredibili re, atq̧ atroci percitus.
Mater cōsequitur, iam vt limen exirem ad genua accidit
Lacrumans misera, miseritumst, profecto hoc sic est vt puto.
Omnibus nobis, vt res dāt se se, ita magni, atq̧ hūiles sumꝰ.
Hanc habere orationem mecum a principio instit.
O mi Pāphile abs te quam ob rē hæc abierit caussam vides.
Nam vitium est oblatum virgini olim ab nescio quo improbo.
Nunc huc confugit, te, atq̧ alios partum vt celaret suum.



Sed cum orata eius reminiscor, nequeo quin lacrumem miser.
Quæq; fors fortuna inquit, nobis quæ te hodie obtulit.
Per eam te obsecramus ambe, si ius, si fas est vti,
Aduorsa eius per te tecta, tacitaq; apud omnes sient,
Si vnq̃ erga te animo esse amico sensisti, eam mi Pamphile
Sine labore hanc gratiam te vti sibi des pro illa nunc rogat.
Cæterum de reducenda id facias quod in rem sit tuam.
Parturire eam, neq; grauidam esse ex te solus conscius.
Nam aiunt tecum post duobus concubisse eã mensibus.
Tum postq̃ ad te venit, mensis iam hic agitur septimus,
Quod te scire ipsa indicat res, nunc si potis est Pamphile.
Maxime volo, doq; operam, vt clam partus eueniat patrem.
Atq; adeo omnis, sed si non potest id fieri quin sentiant,
Dicam abortum esse, scio nemini aliter suspectum fore,
Quin quod verisimile est, ex te recte eum natum putent.
Continuo exponetur, hic tibi nihil est quidq̃ incõmodi,
Et illi miseræ indigne factam iniuriam contexeris.
Pollicitus sum, & seruare in eo certum st quod dixi fidem.
Nam de reducenda id vero neutiq̃ honestum esse arbitror.
Nec faciam, & si me amor grauiter, consuetudoq; tenet.
Lacrumo quæ posthac futura sit vita, cum in mentem venit
Solitudoq;, O FORTVNA VT nunq̃ perpetuo es bona.
Sed iam prior amor ad hanc rem excitatum me reddidit.
Quem ego tũ cõsilio missum feci, idẽ nunc huic operã dabo.
Adest Parmeno cum pueris, hunc minime st opus
In hac re adesse, nã olim soli credidi
Ea me abstinuisse in principio cum data est.
Vereor si clamorem eius hic crebro exaudiat,
Ne parturire eam intelligat, aliquo mihi est

Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

PARMENO. SOSIA. PAMPHILVS.

Senarij.

In tu tibi hoc incómodum euenisse iter? So.
4 Non hercle Parmeno verbis dici poteſt
Tantum, q̃ re ipſa nauigare incómodumſt. Par.
Ita ne eſt? So. o fortunate, ne ſcis quid mali
Præterieris, qui nunq̃ es ingreſſus mare.
Nam alias vt omittam miſerias, vnam hanc vide.
Dies triginta, aut plus eo in naui fui.
Cum interea ſemper mortem expectabam miſer.
Ita vſq̃ aduorſa tempeſtate vſi ſumus. Par.
Odioſum. So. haud clam me eſt, deniq̃ hercle aufugerim
Potius q̃ redeam, ſi eo mihi redeundum ſciam. Par.
Olim te quidem cauſſæ impellebant leues,
Quod nunc minitare facere, vt faceres Soſia.
Sed Pamphilum ipſum video ſtare ante hoſtium,
Ite intro, ego hunc adibo ſiquid me velit.
Here etiam tu nunc hic ſtas? Pam. & quidem te expecto. Pa.
quidē? Pam.
In arcem tranſcurſo opus eſt. Par. cui homini? Pam. tibi. Par.
In arcem? quid eo? Pam. Callidemidem hoſpitem
Myconium, qui mecū vna aduectus eſt conueni. Par.
Perij, vouiſſe hunc dicam, ſi ſaluos domum
Rediſſet vnq̃, vt me ambulando rumperet. Pam.
Quid ceſſas? Par. quid vis dicā? an conueniam modo? Pā.
Immo quod conſtitui me hodie conuenturum eum
Non poſſe, ne me fruſtra illic expectet, vola. Par.

At non noui hominis faciem.Pam.at faciam vt noueris.
Magnus,rubicũdus,crispus,crassus,cæsius.Par.
Cadauerosa facies,Dij illum perduint.
Quid si nõ veniet,maneam ne vsq; ad vesperum?Pam.
Maneto,curre.Par.non queo,ita defessus sum.Pam.
Ille abijt,quid agam infelix,prorsus nescio
Quo pacto hoc celem,quod me orauit Myrrhina
Suæ gnatæ partum,nam me miseret mulieris.
Quod potero faciam,tamen vt pietatem colam.
Nam me parenti potius,q̃ amori obsequi
Oportet,at at eccum Phidippum,& patrem
Video,horsum pergunt,quid dicam hisce incertus sum.

LACHES. PHIDIPPVS. PAMPHILVS.

Octonarij,Senarij,& Trochaici admixti.

Ixtin dudum dixisse illam se expectare filium?Ph.
Factum.La.venisse aiunt,redeat.Pam.quam caus-
sam dicam patri,
Quam ob rem non reducam nescio.La.quem ego hic audi-
ui loqui?Pam.
Certum obfirmare est viam,me quam decreui persequi.La.
Ipsus est,de quo hoc agebam tecum.Pã.salue mi pater.La.
Gnate mi salue.Ph.bene factum te aduenisse Pamphile
Atq; adeo quod maximũst,saluom atq; validũ.Pã.credis.L.
Aduenis modo?Pã.admodum.La.cedo quid reliquit Phania
Consobrinus noster?Pã.sane hercle homo voluptati obsequẽs
Fuit dum vixit,& qui sic sunt,haud multũ heredem adiuuant.
Sibi vero hanc laudẽ reliquit,vixit dum vixit bene.La.
Tum tu igitur nihil attulisti huc plus vna sententia?Pam.
Quidquid est,id quod reliquit profuit.La.immo obfuit.

Naʒ illũ viuom,ꝛ saluom vellẽ.Ph.impune optare istuc licet.
Ille reuiuiscet iam nunq̃,ꝛ tamen vtrum malis scio.La.
Heri Philumenaʒ ad se accersi hic iussit,dic iussisse te.Ph.
Noli fodere,iussi.La.sed iam remittet eam.Ph.scilicet. Pam.
Omnem rem scio,vt sit gesta,adueniens audiui omnia.La.
At istos inuidos Dij perdant,qui haec libenter nũtiant. Pam.
Ego scio me cauisse,ne vlla merito cõtumelia
Fieri a vobis posset,idq; si nũc memorare hic velim,
Quam fideli animo,ꝛ benigno in illam,ꝛ clementi fui,
Vere possim,ni te ex ipsa id magis velim resciscere,
Nanq; eo pacto maxume apud te meo erit ingenio fides,
Cum illa quae nunc in me iniqua est,aequa de me dixerit.
Neq; culpa hoc euenisse dissidium mea,id testor deos.
Sed quando se se indignam deputat matri meae,
Cui concedat,cuiusq; mores toleret sua modestia,
Neq; alio pacto componi potest inter eas gratia.
Segreganda aut mater est a me Phidippe,aut Philumena.
Nunc me pietas matris potius commodum suadet sequi.La.
Pamphile ad aures haud inuito sermo mihi accessit tuus,
Cum post putasse omnes res te prae parente intellego.
Verum vide ne impulsus ira praue insistas Pamphile.Pam.
Quibus iris impulsus nunc in illam iniquus sim?
Quae nunq̃ quicq̃ erga me cõmeritast pater.
Quod nollem,& saepe quod vellem meritam scio.
Amoq;,ꝛ laudo,ꝛ vehementer desidero.
Nam fuisse erga me miro ingenio expertus sum,
Illiq; exopto vt reliqua vitam exigat
Cum eo viro,me qui sit fortunatior,
Quandoquidem illam a me distrahit necessitas.Ph.

Tibi id in manu est ne fiat. La. si sanus es
Iube illam redire. Pam. non est consilium pater.
Matris seruibo commodis. La. quo abis? mane
Mane inquam, quo abis? Ph. quæ hæc est pertinacia? La.
Dixin Phidippe hanc rem ægre laturum esse eum?
Quam ob rem te orabam vt filiam remitteres. Ph.
Non credidi ædepol adeo inhumanum fore.
Ita nunc is sibi me supplicaturum putat.
Si est vt velit reducere vxorem licet.
Sin alio est animo renumeret dotem, huc eat. La.
Ecce autem tu quoque proterue iracundus es. Ph.
Percontumax redisti huc nobis Pamphile. La.
Decet iam ira hæc, & si merito iratus est. Ph.
Quia paululum vobis accessit pecuniæ.
Sublati animi adsunt. La. etiam mecum litigas? Ph.
Deliberet, renuntietque hodie mihi.
Velit ne an non, vt alij, si huic non sit fiet. La.
Phidippe ades, audi paucis, abijt, quid mea?
Postremo inter se transigant ipsi vt lubet,
Quando nec gnatus, neque hic mihi quidquam obtemperant.
Quæ dico paruipendunt, porto hoc iurgium
Ad vxorem, cuius fiunt hæc consilio omnia,
Atque in eam hoc omne quod mihi ægrest euomam.

¶ Quartus Actus.

MYRRHINA. PHIDIPPVS.

Trimetri, Tetrametri, & duo Dimetri.

p Erij, quid agam? quo me vortam? quid meo viro respondebo
Misera? nam audisse vocem pueri visus est vagientis

Ita corripuit derepente tacitus se se ad filiam,
Quod si resciuerit peperisse eã, id qua caussa clã me habuisse
Dicam? non aedepol scio.
Sed hostiũ cõcrepuit, credo ipsuz ad me exire, nulla sum. Ph.
Vxor vbi me ad filiã ire sensit, se duxit foras, atqz eccam
Video, qd agis Myrrhina? heus tibi dico. M. mihi ne mi vir?
Vir ego tuus suz? tu viz me aut hoĩez deputas adeo eẽ. (Ph.
Nam si vtrum vis horum mulier vnq̃ tibi visus forem,
Nõ sic ludibrio tuis factis habitus essez. My. qb9? Ph. at rogitas?
Peperit filia? hem taces?
Ex quo? My. istuc patrẽ rogare est aequuz? perij, ex quo censes,
Nisi ex illo cui data est nuptum obsecro? Ph.
Credo, neqz adeo arbitrari patris est aliter, sed demiror
Quid sit, quã ob rem tantopere hunc oẽs nos celare volueris
Partum, praesertim cum & recte, & tempore suo peperit.
Adeon peruicaci esse animo, vt puerum praeoptares perire,
Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam posthac scires,
Potius q̃z aduersus animi tui libidinẽ esset cũ illo nupta?
Ego etiã illorum esse hanc culpã credidi, quae test penes. My.
Misera sũ. Ph. vtinã sciã ita esse istuc, sed nũc mihi in mẽtẽ ve-
Ex hac re qȯ locuta es oliz, cũ illũ generum coepimus. (nit,
Nam negabas nuptam filiam tuam posse te pati
Cum eo, qui meretricẽ amaret, & qui pernoctaret foris. My.
Quamuis caussam hunc suspicari, q̃z ipsam veram volo. Ph.
Multo prius sciui, q̃z tu illum amicam habere Myrrhina.
Verum id vitium nunq̃ decreui esse ego adulescentiae.
Nã id omnibus innatũst, at pol iã aderit se quoqz cũ oderit.
Sed vt olim te ostendisti eadẽ esse nihil cessauisti vsqz adhuc
Vt filiam ab eo abduceres, neu quod ego egissem esset ratuz.



Id nunc res inditium hæc facit quo pacto factũ volueris. My.
Adeon me esse peruicacem censes cui mater fiem,
Vt eo essem aio, si ex vsu esset nostro hoc matrimonium? Ph.
Tun prospicere, aut iudicare nostram in rem quod sit potes?
Audistin ex aliquo fortasse qui vidisse eum diceret
Exeuntem, aut introeuntem ad amicam, quid tum postea?
Si modeste ac raro hoc fecit? non ne ea dissimulare nos
Magis humanũ est, q̃ dare operam id scire qui nos oderit?
Nam si is posset ab ea se se repente auellere,
Qua cum tot consuescet annos, non eum hominem ducerem,
Nec virum satis firmũ gnatæ. My. mitte adulescentẽ obsecro,
Et quæ me peccasse ais, abi, solum solus conueni.
Roga velit ne an non vxorem, si est, vt dicat velle se,
Redde, sin est autem vt nolit, recte consului meæ. Ph.
Siquidem ille ipse non volt, & tu sensisti esse in eo Myrrhina
Peccatum, aderam cuius consilio ea par fuerat prospici.
Quã ob rẽ incẽdor ira, te esse caussa facere hæc iniussu meo.
Interdico ne extulisse extra ædis puerum vsq̃ velis,
Sed ego stultior meis dictis, qui parere hanc qui postulem,
Ibo intro, atq; edicam seruis, ne quoq̃ ecferri sinant. My.
Nullam pol credo mulierem me miseriorem viuere.
Nam vt hic laturus hoc sit, si ipsam rem vt fiet resciuerit,
Nõ ædepol clã me est, cũ hoc qd leuius sit tã animo iracundo
Nec qua via sententia eius mutari possit scio. (tulit,
Hoc mihi vnum ex plurumis miserijs reliquum fuerat malũ,
Si puerum vt tollam cogit, cuius nos qui sit nescimus pater.
Nã cũ cõpressa est gnata, forma in tenebris nosci nõ quita est,
Neq; detractũ ei tum qdquã est, qui post possit noscier q fiet.
Ipse eripuit vi in digito, quem habuit virgini abiens anulũ,

Simul vereor, Pamphilum ne orata nostra nequeat diutius
Celare, cum sciet alienum puerum tolli pro suo.

SOSTRATA. PAMPHILVS.
Tetrametri.

NOn clā me est mi gnate tibi me esse suspectā, uxorē tuā
Propť meos mores hic abisse, & si ea dissimulas sedulo.
Verum ita me Di ament, itaq; obtingāt ex te quæ opto mihi,
Vt nunq̄ sciens cōmerui merito, vt caperet odium illa mei.
Teq;, anteq̄ me valde amare rebar, ei firmasti fidem.
Nā mihi itus tuus pater narrauit mō, quo pacto me habueris
Præpositam amori tuo, nunc tibi me certum est contra gratiā
Referre, & apud me premium esse positum pietatis scias.
Mi Pāphile hoc vobis, & meæ cōmodū famæ esse arbitror.
Ego rus abituram hinc, cum tuo me esse certe decreui patre,
Ne mea præsentia obstet, neu caussa vlla restet reliqua.
Quin tua Philumena ad te redeat. Pā. quæso qd istuc ɔsilij ē?
Illius stultitia victa ex vrbe, tu rus habitatum migres?
Haud facies, neq; sinam, vt qui nobis mater maledictū velit,
Mea pertinacia dicat esse factum haud tua modestia.
Tum tuas amicas te, & cognatas deserere, & festos dies
Mea caussa nolo. So. nihil iā mihi istæc res voluptatis ferūt,
Dum ætatis tēpus tulit, perfuncta satis sum, facias iam tenet
Studiorū istorū, hæc mihi nunc cura est maxima, vt ne cui mea
Longinquitas ætatis obstet, mortem ve exoptet meam.
Hic video me esse inuisam immerito, tempus est concedere.
Sic optime vt ego opinor omnis caussas præcidā omnibus,
Et me hac suspitione exoluam, & illis morem gessero.

Sine me obsecro hoc effugere, volgus quod male audit mulier.P.
Quam fortunatus cæteris sum rebus absq; vna hæc foret,
Hāc matrē habēs talē illā aūt vxorē.So.obsecro mi Pāphile,
Nō tu te rem incōmodā vt quæq; est in animuz inducas pati.
Si cætera sunt ita vt tu vis, itaq; vt esse ego illam existimo,
Mi gnate da veniā hāc mihi, reduc illā.Pā.ve misero mihi.S.
Et mihi qdē, nā hæc res nō min⁹ me male hēt q̄ te gnate mi.

LACHES. SOSTRATA. PAMPHILVS.
Octonarij, & quidam Quadrati.

q Vē cū istoc ſmonē habueris ꝓcul hic stās accœpi vxor,
Istuc est sapere, q vbicunq; opus sit aiuz possis flectere.
Quod faciundū fortasse sit post, idem hoc nunc si feceris.So.
Fors fuat pol.La.abi rus ergo hic, ibi ego te, & tu me feres.S.
Spero ecastor.La.I.ergo intro, & compone quæ simul tecum
Ferantur, dixi.So.ita vt iubes faciam.Pā.pater.La. (vis?Pā.
Quidvis Pāphile?Pā.hic abire matrē?minime.L.qd ita istuc
Quia de vxore incertus suz etiā quid sim facturus.La.qd est?
Quid vis facere, nisi reducere?Pā.equidē cupio, & vix ꝯtineo.
Sed non minuam meū consiliū, ex vsu quod est id persequar.
Credo ea gratia concordes magis, si non reducam fore.La.
Nescias, verum id tua refert nihil vtrum illæ fecerint,
Quando hæc abierit, odiosa hæc est ætas adulescentulis.
E medio æquuz est excedere, postremo iā nos fabulæ sumus.
Pamphile senex, atq; anus, sed video Phidippū p tēps egredi
Accedamus.

Coniungitur cum eo quod sequitur.
PHIDIPPVS. LACHES. PAMPHILVS.
Senarij.

Ibi quoq; ædepol sum iratus Philumena
Grauiter quidē,nā hercle abs te factumst turpiter.
Et si tibi caussa est de hac re mater quæ te impulit.
Huic vero nulla est.La.oportune te mihi
Phidippe in ipso tempore ostendis.Ph.quid est?Pam.
Quid respondebo his?aut quo pacto hoc aperiam?La.
Dic filiæ rus concessuram hinc Sostratam.
Ne reuereatur minus iam quo redeat domum.Ph.ah,
Nullam de his rebus culpam commeruit tua.
A Myrrhina hæc sunt mea vxore exorta omnia.
Mutatio fit,ea nos perturbat Laches.Pam.
Dum ne reducam,turbent porro q̃ velint.Ph.
Ego Pamphile esse inter nos si fieri potest
Affinitatem hanc sane perpetuam volo.
Sin est vt aliter tua fiet sententia,
Accipias puerum.Pam.sensit peperisse,occidi.La.
Puerum?quem puerum?Phi.natus est nobis nepos.
Nam abducta a vobis pregnas fuerat filia,
Neq; fuisse pregnatem vnq̃ ante hanc sciui diem.La.
Bene(ita me Di ament)nuntias,& gaudeo
Natum illum,& illam saluam,sed quid mulieris
Vxorem habes?aut quibus moratam moribus?
Nos ne hoc celatos tam diu?nequeo satis,
Quam hoc mihi videtur factum praue proloqui.Ph.
Non tibi illud factū minus placet,q̃ mihi Laches.Pam.
Et si iandudum fuerat ambiguum hoc mihi,
Nunc non est cum eam iam consequitur alienus puer.La.
Nulla tibi Pamphile hic iam consultatiost.Pam.
Perij.La.hunc videre sæpe optabamus diem.

Cum ex te esset aliquis, qui te appellaret patrem.
Euenit, habeo gratiam Dis. Pam. nullus sum. La.
Reduc vxorem, ac noli aduorsari mihi. Pam.
Pater si ex illa me liberos vellet sibi.
Aut se esse mecum nuptam, satis certo scio,
Non me clam haberet, quæ celasse intellego.
Nunc cum eius alienum esse a me animum sentiam
Nec conuenturum inter nos posthac esse arbitror,
Quam ob rem reducam? La. mater quod suasit sua.
Adolescens mulier fecit, mirandum ne id est?
CENSEN TE POSSE reperire vllam mulierem
Quæ careat culpa? an quia non delinquunt viri? Ph.
Vosmet videte iam Laches, & tu Pamphile,
Remissam opus sit vobis, an reductam domum.
Vxor quid faciat in manu non est mea.
Neutra in re vobis difficultas a me erit.
Sed quid faciemus puero? La. ridicule rogas.
Quidquid futurumst huic, reddas suum scilicet,
Vt alamus nostrum. Pam. quem ipse neglexerit pater
Ego alam? La. quid dixti, eho an non alemus Pamphile?
Prodemus quæso potius? quæ hæc amentia est?
Enimuero prorsus iam tacere nequeo.
Nam cogis ea quæ nolo, vt præsente hoc loquar.
Ignarum censes tuarum lacrumarum esse me?
Aut quid sit id quod sollicitare ad hunc modum?
Primum vbi hanc dixti caussam te propter tuam
Matrem non posse habere hanc vxorem domi,
Pollicita est ea se concessuram ex ædibus,
Nunc postquam ademptam quoque hanc tibi caussam vides,

Puer quia clam natus eſt, nactus alteram es.
Erras, tui animi ſi me eſſe ignarum putas,
Aliquando tandem huc animum vt adiungas tuum.
Quam longum ſpatium amandi amicam tibi dedi?
Sumptus quos feciſti in eam, quam animo æquo tuli?
Egi, atqꝫ orauі te vxorem vt duceres.
Tempus dixi eſſe, impulſu duxiſti meo.
Quæ tum obſecutus mihi feciſti vt decuerat.
Nunc animum rurſum ad meretricem induxti tuum.
Cui tu obſecutus facis huic adeo iniuriam.
Nam in eandem vitam te reuolutum, denuo
Video eſſe. Pā. me ne? La. te ipſum, & facis iniuriam
Confingis falſas cauſſas ad diſcordiam.
Vt cum illa viuas, teſtem hanc cum abs te amoueris.
Senſitqꝫ adeo vxor, nā ei alia cauſſa quæ fuit.
Quā ob rē abs te abiret? Ph. plane hic diuinat, naꝫ id eſt. Pā.
Dabo iuſiurandum nihil eſſe iſtorum tibi. La. ah,
Reduc vxorem, aut quam ob rem non opus ſit cedo. Pā.
Non eſt nunc tempus. La. puerum accipias, nam is quidem
In culpa non eſt, poſt de matre videro. Pam.
Omnibus modis miſer ſum, nec quid agam ſcio.
Tot nunc me rebus miſerum concludit pater.
Abibo hinc præſens, quando promoueo parum,
Nam puerum credo iniuſſu non tollent meo,
Præſertim in ea re cum ſit mihi adiutrix Socrus. La.
Fugis, hem? nec quidq̄ꝫ certi reſpondes mihi?
Num tibi videtur eſſe apud ſe ſe? ſine
Puerum Phidippe, mihi cedo, ego alam. Ph. maxime,
Non mirum fecit vxor mea ſi hoc ægre tulit,

Amaræ mulieres sunt, non facile hæc ferunt.
Propterea hæc irast, nam ipsa narrauit mihi,
Id ego præsente hoc nolebam dicere
Neq; illi credebam primo, nunc vero palamst.
Nam omnino abhorrere animum huic video nuptijs. La.
Quid ergo agam Phidippe? quid das consilij? Ph.
Quid agas? meretricem hanc primum adeundam censeo.
Oremus, accusemus grauius, deniq; minitemur, si cum illo ha/
buerit rem postea. L.
Faciam vt mones, eho puer curre ad Bacchidem hanc
Vicinam nostram, huc euoca verbis meis.
Et te oro porro in hac re adiutor sis mihi. Ph. ah
Iam dudum dixi, idemq; nunc dico Lache,
Manere affinitatem hanc inter nos volo,
Si vllo modo est vt possit quod spero fore,
Sed vis me adesse vna dum istam conuenis? La.
Immo vero abi, aliquam puero nutricem para.

¶Quintus Actus.

BACCHIS. LACHES.

Octonarij, & vnus Dimeter catalecticus.

n On ħ de nihilost, qđ Laches nũc me ꝯuẽtã eẽ expetit.
Nec pol me multũ fallit, qn qđ suspicor sit qđ velit. I.
Vidẽdũ est ne min⁹ ꝓpter irã hanc ĩpetrẽ q̃ possieȝ.
Aut ne quid faciam plus, quod post me fecisse satius sit.
Aggrediar, Bacchis salue. Ba. salue Laches. La. credo æde/
Non nihil mirari Bacchis, qđ sit, quapp te huc foras (pol te
Puerum euocare iussi. Ba.
Ego pol quoq; etiã timidã sum, cũ venit mihi in mẽtẽ quæ sim,
Ne nomen quæstus mihi obstet, nam mores facile tutor. La.

Si vera dicis, nihil tibi pericli est a me mulier, nam
Iam ea ætate sum vt non sit peccato mihi ignosci æquum,
Quo magis omnes res cautius ne temere faciam accuro,
Nã si id nũc facis, factura ve es, bonas qđ par ẽ facere iscitum
Offerre iniuriam tibi me immerenti iniquum est. Ba.
Est magna ecastor gratia de hac re quam tibi habeam.
Nam qui post factam iniuriã se expurget, parum mihi prosit.
Sed qd istuc ẽ? La. meũ receptas filiũ ad te Pãphilũ. B. ah. La.
Sine dicam, vxorẽ hanc priusq̃ duxit vostrum amorẽ pertuli.
Mane, nondũ etiam dixi id quod volui, hic nunc vxorẽ habet.
Quære alium tibi amicũ firmiorẽ dum tẽpus consulendi est.
Nã neq; ille hoc animo erit, neq; pol tu eadẽ istac ætate. Ba.
Quis id ait? La. socrus. Ba. me ne? La. te ipsã, & filiã abduxit
Puerũq; ob eã rẽ clã voluit, q natus est extinguere. Ba. (suã.
Aliud si scirem, qui firmare meam apud vos possim fidem,
Sanctius q̃ iusiurandum id pollicerer tibi Laches
Me segregatũ habuisse vxorem vt duxit a me Pamphilum. L.
Lepida es, s; scin qd volo poti⁹ sodes facias? B. qd vis cedo. L.
Eas ad mulieres huc intro, atq; istuc iusiurandum idem
Polliceare illis, exple animũ his, teq; hoc crimine expedi. Ba.
Faciã, qđ pol si esset alia ex hoc quæstu haud faceret scio,
Vt de tali caussa nuptæ mulieri se ostenderet.
Sed esse falsa fama nolo gnatum suspectum tuum,
Nec leuiorem vobis, quibus est minime æquom viderier
Immerito, nã meritus de me est, quod queã illi vt ɔmodẽ. La.
Facilem, beneuolumq; lingua tua iam tibi me reddidit.
Nam non sunt solæ arbitratæ hæc, ego quoq; hoc etiã credidi.
Nunc autẽ cum ego te esse præter nostrã opinionẽ comperi.
Fac eadem vt sis, porro nostra vtere amicitia vt voles.

Aliter si facias, sed reprimas me, ne ægre qdq̃ ex me audias.
Verũ te hoc moneo vnũ, qualis sim amicus, aut quid possiẽ,
Potius q̃ inimicus periculum facias. Ba. faciam sedulo.

PHIDIPPVS. LACHES. BACCHIS.

Septenarij, Catalectici quidam, & vnus Dimeter catalecticus.

Nihil apud me tibi defieri patiar, quin quod opus sit
Benigne præbeatur.
Sed cũ tu satura, atq; ebria eris, puer vt satur sit facito. La.
Noster socer video venit, puero nutricẽ adduxit.
Phidippe Bacchis deierat persancte. Ph. hæccine east? L. hæc est. Ph.
Nec pol istæ metuũt Deos, neq; has respicere deos opinor. Ba.
Ancillas dedo, quolibet cruciatu per me exquire,
Licet hæc res hic agitur, Pamphilo me facere vt redeat vxor
Oportet, quod si perficio, non pœnitet me famæ.
Solam fecisse id, quod aliæ meretrices facere fugitant. La.
Phidippe nostras mulieres suspectas fuisse falso,
Nobis in re ipsa inuenimus, porro hanc nunc experiamur.
Nam si comperit crimini, tua se falso vxor credidisse,
Missam iram faciet, sin autem est ob eam rem iratus gnatus.
Quod peperit vxor clã, id leue est, cito ab eo hæc ira abscedet.
Profecto in hac re nihil mali est, quod sit discidio dignũ. Ph.
Velim qdẽ hercle. L. exqre, adest, qd satis sit faciet. B. faciã. Ph.
Quid istæc mihi narras? an quia non tu te ipse audisti dudũ.
De hac re aius meus vt sit Laches, illis modo exple animũ. L.
Quæso ædepol Bacchis, qd mihi es pollicita tu te vt serues. B.
Ob eam rem vis vt ego introeam? La. I. atq; exple animum his vt credant. Ba.

Eo, & si scio

Eo,& si scio pol his fore meum conspectum inuisum hodie,
NAM nupta meretrici hostis ē,a viro vbi segregata est.La.
At hæ amicæ erunt,vbi q̄ ob rem adueneris rescíscent.Ph.
At easdē amicas fore tibi promitto rem vbi cognouerint.
Nam illas errore,& te simul suspitione exolues.Ba.
Perij,pudet Philumenæ,sequimini me intro huc ambæ.La.
Quid est quod mihi malim,q̄ quod huic intellego euenire?
Vt gratiam ineat sine suo dispendio,& mihi vna prosit?
Nam si est,vt hæc nunc Pamphilū vere ab se segregarit,
Scit sibi nobilitatem ex eo,& rem natā,& gloriam esse,
Referetq; gratiam ei,vnaq; nos sibi opera amicos iunget.

PARMENO. BACCHIS.

Septenarij.

Edepol næ meā herus esse operā deputat parui p̄tij,
a Qui ob rē nullā misit frustra,vbi totum desedi diē,
Myconiū hospitem dū expecto in arce. Calidemidē?
Itaq; ineptus hodie dum illic sedeo,vt quisq; venerat
Accedebam,adulescens dic dum quæso es tu Myconius?
Non sum,at Callidemides?non,hospitem ecquem Pamphilū
Hic habes?omnes negabant,neq; enim quenq̄ esse arbitror.
Deniq; hercle iam pudebat,abij,sed quid Bacchidem
Ab nostro affine exeuntem video?quid huic hic est rei?Ba.
Parmeno oportune te offers,propere curre ad Pāphilū.Par.
Quid eo?Ba.dic me orare vt veniat. Par. ad te?B.immo ad
Philumenam.Par.
Quid rei est?B.tua quod nihil refert,percontari desinas.P.
Nihil aliud dicā?Ba.etiā cognosse anulum illum Myrrhinam



Gnatæ ſuæ fuiſſe, quem ipſus mihi olim dederat. Par. ſcio.
Tantū ne eſt? Ba. tātū, aderit continuo. hæc vbi ex te audierit,
Sȝ ceſſas? Par. minime eqdē, nā hodie mihi ptās haud data ſt.
Ita curſando, atqȝ ambulando totum hunc contriui diem. Ba.
Quantam obtuli aduentu meo lætitiam Pamphilo
Hodie? quot cōmodas res attuli, quot autem ademi curas?
Gnatum ei reſtituo, qui pene harum ipſiuſqȝ opera perijt.
Vxorem quam nunq̄ȝ eſt ratus poſthac ſe habiturum, reddo.
Qua re ſuſpectus ſuo patri, & Phidippo fuit, exolui,
Hic adeo his rebus anulus fuit initium in veniundis.
Nam memini ab hinc menſes decem fere ad me nocte prima
Confugere anhelantem domum, ſine comite, vini plenum,
Cum hoc anulo, extimui ilico, mi Pamphile inq̄ȝ amabo.
Quid exanimatus es obſecro? aut vnde anulū iſtum nactus?
Dic mihi, ille alias res agere ſe ſimulare, poſtq̄ȝ video
Neſcio quid ſuſpicarier, magis cœpi inſtare vt dicat.
Homo ſe fatetur vi in via virginem neſcio quam cōpreſſiſſe.
Dicitqȝ ſe ſe illi anulum dum luctat detraxiſſe.
Eum hæc cognouit Myrrhina in digito modo me habentem.
Rogat vnde ſit, narro omnia hæc, indeſt cognitio facta
Philumenam eſſe compreſſam ab eo, & filiū inde hunc natuȝ.
Hæc tot propter me gaudia illi contigiſſe lætor.
Et ſi hoc meretrices aliæ nolunt, neqȝ enim eſt in rem noſtrā,
Vt quiſq̄ȝ amator nuptijs lætetur, verum ecaſtor
Nunq̄ȝ animum quæſti gratia ad malas adducam partes.
Ego dum illo licitumſt vſa ſum benigno, & lepido, & comi.
Incommode mihi nuptijs euenit factum, fateor.
At pol me feciſſe arbitror ne merito mihi eueniret.
Multa ex quo fuerint cōmoda eius, incōmoda æquumſt ferre.

PAMPHILVS. PARMENO. BACCHIS.

Tetrametri & Trimetri.

Ide mi Parmeno etiã sodes, vt mihi hæc certa, & clara attuleris,

Ne me in breue hoc conicias tempus, gaudio hoc falso frui. Par.

Visum est. Pam. certon? P. certe. Pam. deus sum si hoc itast. P. verum reperies. Pam.

Mane dũ sodes, timeo ne aliud credã, atq; aliud nunties. P.

Maneo. Pam. sic te dixisse opinor, inuenisse Myrrhinam

Bacchidem anulum suum habere. Par. factum. Pã. eum quem olim ei dedi,

Eaq; hẽ te mihi nũtiare iussit, ita ne est factũ? Par. ita inq̃. Pã.

Quis me est fortunatior? venustatisq; adeo plenior? ego ne te

Pro hoc nuntio quid donẽ quidqd nescio. Par. at ego scio? Pã.

Quid? Par. nihil enim, nam neq; in nuntio, nec in me ipso boni quid sit scio. Pam.

Egon qui ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris.

Sinam sine munere abire? ah nimium me ignauon putas,

Sed Bacchidem eccam video stare ante hostium.

Me expectat credo, adibo. Ba. salue Pamphile. Pam.

O Bacchis, o mea Bacchis, seruatrix mea. Ba.

Bene factum, & volupest. Pam. factis vt credam facis,

Antiquamq; adeo tuam venustatem obtines,

Vt voluptati obitus, sermo, aduẽtus tuus quocũq; adueneris,

Semper siet. Ba. at tu ecastor morem antiquum, atq; ingenium optines,

Vt vnus hominũ homo te viuat nunq̃ quisquã blandior. Pã.

Ah ah, hẽ tun mihi istuc? Ba. recte amasti Pãphile vxorẽ tuã,

Nam nunq̃ ante hunc diem meis oculis eã qͦ nossẽ viderã.
Perliberalis visa st. Pam. dic verum. Ba. ita me Di amẽt Pamphile. Pam.
Dic mihi harum rerum nunquid dixti iam patri? B. nihil. Pã. neq; opus est.
Adeo mutito, placet non fieri hoc itidem, vt in comœdijs,
Omnia omnes vbi resciscũt, hi quos par fuerat resciscere
Sciunt, quos nõ aũt scire æquum st, neq; resciscunt, neq; scient.
Immo etiam hoc qui occultari posse facilius credas dabo.
Myrrhina ita Phidippo dixit iureiurando meo
Se fidẽ habuisse, & propterea te sibi purgatum. Pã. optume st.
Speroq; hanc rem euenturam nobis ex sententia. Par.
Here licet ne me scire ex te hodie quid sit quod feci boni?
Aut quid istuc est quod vos agitis? Pam. non licet. Par. tamẽ suspicor,
Egon hunc ab Orco mortuũ quo pacto? Pã. nescis Parmeno,
Quantum hodie profueris mihi, & ex quãta ærumna me extraxeris. Par.
Immo vero scio, neq; hoc imprudens feci. Pam. ego istuc satis scio. Par.
An temere quidquam Parmenonem prætereat, quod facto vsus sit? Pam.
Sequere me intro Parmeno. Par. sequor egdẽ plus hodie boni
Feci imprudens, quam sciens ante hunc diem. vnquam.

PLAVDITE.

ACTA LVDIS ROMANIS. L. POSTHVMIO ALBINO, L. CORNELIO MERVLA. AED. CVR. EGERE. L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRAENESTINVS, MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. TIBIIS IMPARIBVS, TOTA GRAECA APOLLODORV. EPIDICAZOMENOS FACTA QVARTO. CN. FANNIO. M. VALERIO COSS.

FABVLE INTERLOCVTORES.

PHORMIO	SOPHRONA
Parasitus.	Nutrix.
CHREMES	DORIO
DEMIPHO	Leno.
Senes.	HEGIO
PHAEDRIA	CRATINVS
ANTIPHO	CRITO
Adulescentes.	Aduocati.
DAVVS	NAVSISTRATA
GETA	Matrona
Serui.	

C. SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA.

Senarij.

Hremetis frater aberat peregre Demipho
c Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes clam habebat lemni vxorem, & filiam,
Athenis aliam coniugem, & amantem vnice

Gnatum fidicinam, mater e lemno aduenit
Athenas, moritur. virgo sola, aberat Chremes.
Funus procurat, ibi eam visam Antipho
Cum amaret, opera parasiti vxorem accipit.
Pater, & Chremes reuersi fremere, dein minas
Triginta dant parasito, vt illam coniugem
Haberet ipse, argento hoc emitur fidicina,
Vxorem retinet Antipho a patruo agnitam.

PROLOGVS.
Senarij.

Postq̃ poeta vetus poetam non potest
Retrahere a studio, & tradere hominem in ocyum,
Maledictis deterrere ne scribat parat.
Qui ita dictitat, quas antea fecit fabulas
Tenui esse oratione, & scriptura leui.
Quia nusq̃ scripsit insanum adulescentulum,
Ceruam videre, fugere, & sectari canes,
Et eam plorare, orare vt subueniat sibi.
Quod si intellegeret cum stetit olim noua
Actoris opera magis stetisse q̃ sua,
Minus multo audacter, q̃ nunc lædit læderet,
Et magis placerent quas fecisset fabulas.
Nunc siquis est, qui hoc dicat, aut sic cogitet,
Vetus si poeta non lacessisset prior,
Nullum inuenire prologum potuisset nouus
Quem diceret, nisi haberet cui malediceret.
Is sibi responsum hoc habeat, in medio omnibus

Palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam.
Ille ad famem hunc ab ſtudio ſtuduit reijcere.
Hic reſpondere voluit non laceſſere.
Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene.
Quod ab ipſo allatumſt, ſibi eſſe id relatum putet.
De illo iam finem faciam dicundi mihi,
Peccandi cum ipſe de ſe finem non facit.
Nunc quid velim animum attendite, apporto nouam
Epidicazomenon, quam vocant comœdias
Græci, Latini Phormionem nominant.
Quia primas partis qui aget, is erit Phormio
Paraſitus, per quem res agetur maxime.
Voluntas veſtra ſi ad poetam acceſſerit,
Date operam, adeſte æquo animo per ſilentium.
Ne ſimili vtamur fortuna, atq; vſi ſumus,
Cum per tumultum noſter grex motus loco eſt,
Quem actoris virtus nobis reſtituit locum,
Bonitaſq; veſtra adiutans, atq; æquanimitas.

¶ Primus Actus.

DAVVS.

Senarij.

Amicus ſummus meus, & popularis Geta
Heri ad me venit, erat ei de ratiuncula
Iam pridem apud me reliquum pauſillulum
Numorum, id vt conficerem, confeci, affero.
Nam herilem filium eius duxiſſe audio
Vxorem, ei credo munus hoc corraditur.

QVAM inique comparatumst, hi qui minus habent,
Vt semper aliquid addant ditioribus?
Quod ille vnciatim vix demenso suo
Suum defrudans genium comparsit miser,
Id illa vniuersum abripiet, haud existimans
Quanto labore partum, porro autem Geta
Ferietur alio munere vbi hera pepererit.
Porro alio autem vbi erit puero natalis dies,
Vbi initiabunt, omne hoc mater auferet.
Puer caussa erit mittundi, sed videon Getam?

GETA. DAVVS.
Trimetri Iambici.

Iquis me quæret rufus. Da. præstost, desine. Ge. oh
At ego obuiam conabar tibi Daue. Da. accipe, hem
Lectumst, conueniet numerus quantũ debui. Ge.
Amo te, & non neglexisse habeo gratiam. Da.
Præsertim vt nunc sunt mores, adeo res redit.
Siquis quid reddit magna habendast gratia.
Sed quid tu es tristis? Ge. ego ne? nescis quo in metu, &
Quanto in periculo sim? Da. quid istuc est? Ge. scies.
Modo vt tacere possis. Da. abi sis insciens.
Cuius tu fidem in pecunia perspexeris.
Verere verba ei credere, vbi quid mihi lucri est
Te fallere? Ge. ergo ausculta. Da. hanc operam tibi dico. Ge.
Senis nostri Daue fratrem maiorem Chremem
Nostin? Da. quid ni? Ge. quid? eius gnatum Phædriam? Da.
Tanquam te. Ge. euenit senibus ambobus simul

Iter, illi in lemnum vt esset, nostro in Ciliciam
Ad hospitem antiquom, is senem per epistolas
Pellexit, modo non montis auri pollicens. Da.
Cui tanta erat res, & supererat? Ge. desinas.
Sic est ingenium. Da. oh regem me esse oportuit. Ge.
Abeuntes ambo hinc tum senes, me filijs
Relinquunt quasi magistrum. Da. o Geta prouinciam
Cœpisti duram. Ge. mihi vsu venit hoc scio.
Memini relinqui me deo irato meo.
Cœpi aduersari primo, quid verbis opust?
Seni fidelis dum sum scapulas perdidi. Da.
Venere in mētē istæc mihi, NAM QVAE INSCITIAST
Aduorsum stimulum calces. Ge. cœpi his omnia
Facere, obsequi quæ vellent. Da. SCISTI VTI FORO. Ge.
Noster mali nihil quidq; primo, hic Phædria
Continuo quandam nactus est puellulam
Citharistriam, hanc amare cœpit perdite.
Ea seruiebat Lenoni impurissimo,
Neq; quod daretur quidq;, id curarant patres.
Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere.
Sectari in ludum, ducere, & reducere.
Nos otiosi operam dabamus Phædriæ.
In quo hæc discebat ludo, ex aduorsum ei loco
Tonstrina erat quædam, hic solebamus fere
Plerumq; eam opperiri, dum inde iret domum.
Interea dum sedemus illic, interuenit
Adulescens quidam lacrumans, nos mirarier.
Rogamus quid sit, nunq; æque inquit ac modo
PAVPERTAS mihi onus visumst, & miserum, & graue.

Modo quandam vidi virginem huic viciniæ
Miseram, suam matrem lamentari mortuam.
Ea sita erat ex aduorso, neqꝫ illi beneuolens,
Neqꝫ notus, neqꝫ cognatus, extra vnam aniculam
Quisq̃ aderat, qui adiutaret funus, miseritumst.
Virgo ipsa facie egregia, quid verbis opust?
Cómorat omnes nos, ibi continuo Antipho,
Voltis ne eamus visere? alius censeo,
Eamus, duc nos sedes, imus, venimus,
Videmus, virgo pulchra, & quo magis diceres,
Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem.
Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida.
Lacrumæ, vestitus turpis, vt ni vis boni
In ipsa inesset forma, hæc formam extinguerent.
Ille qui illam amabat fidicinam, tantũmodo
Satis inquit scitast, noster vero? Da. iam scio
Amare cœpit. Ge. scin q̃, quo euadat vide,
Postridie ad anum recta pergit, obsecrat,
Vt sibi eius faciat copiam, illa enim se negat,
Neqꝫ eum æquom ait facere, illam ciuem esse atticam
Bonam bonis prognatam, si vxorem velit
Lege id licere facere, sin aliter negat.
Noster quid ageret nescire, & illam ducere
Cupiebat, & metuebat absentem patrem. Da.
Non si redisset pater ei veniam daret? Ge.
Ille ne indotatam virginem, atqꝫ ignobilem
Daret illi? nunq̃ faceret. Da. quid fit deniqꝫ? Ge.
Quid fiat? est parasitus quidam Phormio.
Homo confidens, qui illum Di omnes perduint. Da.

Quid is fecit? Ge. hoc consilium quod dicam dedit.
LEX EST, vt orbe qui sint genere proximi
His nubant, & illos ducere eadem hæc lex iubet.
Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam,
Paternum amicum me assimulabo virginis.
Ad iudices veniemus, qui fuerit pater,
Quæ mater, qui cognata tibi sit, omnia hæc
Confingam, quod erit mihi bonum, atqȝ cómodum.
Cum tu horum nihil refelles vincam scilicet.
Pater aderit, mihi paratæ lites, quid mea?
Illa quidem nostra erit. Da. iocularem audaciam. Ge.
Persuasit homini, factumst, ventumst, vincimur.
Duxit. Da. quid narras? Ge. hoc quod audis. Da. o Geta
Quid te futurumst? Ge. nescio hercle, vnum hoc scio.
Quod fors feret, feremus æquo animo. Da. placet.
Hem istuc viri est officiuȝ. Ge. in me omnis spes est mihi. Da.
Laudo. Ge. ad precatorem abeam, credo qui mihi
Sic oret, nunc omitte quæso hunc cæterum
Posthac si quicqȝ nihil precor, tantummodo
Non addit, vbi ego hinc abiero, vel occidito. Da.
Quid ille pedagogus, qui citharistriam,
Quid rei gerit? Ge. sic tenuiter. Da non multum habet
Quod det fortasse? Ge. imo nihil nisi spem meram. Da.
Pater eius redit an non? Ge. nondum, Da. quid? senem
Quoad expectatis vestrum? Ge. non certum scio,
Sed epistolam ab eo allatam esse audiui modo,
Et ad portitores esse delatam, hanc petam. Da.
Nunquid Geta aliud me vis? Ge. vt bene sit tibi.
Puer heus, nemon huc prodit? cape, da hoc Dorcio.

ANTIPHO. PHAEDRIA.

Octonarij, & vnus Dimeter.

4 Deon rē rediſſe, vt q̄ mihi cōſultum optime velit eſſe
Phædriā, pꝛeʒ vt extimeſcā, vbi ī mētē ei⁹ aduēti ve/ (nit?
Qd̄ ni fuiſſeʒ icogitans, ita eū expectarē, vt par fuit. Ph.
Quid iſtuc eſt? An. rogitas? qui tam audacis facinoꝛis mi//
hi conſcius ſis?
Quod vtinam ne Phoꝛmioni id ſuadere in menteʒ incidiſſet,
Neu me cupidū eo compuliſſet, quod mihi pꝛincipiumſt mali
Non potitus eſſem, fuiſſet tum illos mihi ægre aliquot dies.
At non cottidiana cura hæc angeret animum. Ph. audio. An.
Dū expecto q̄ʒ moꝛ veniat, q adimat hāc mihi ꝯſuetudinē. Ph.
Alijs quia deſit, quod amant ægreſt, tibi quia ſupereſt dolet.
Amoꝛe abundas Antipho.
Naʒ tua quidē hercle certo vita hæc expetenda, optādaqꝫ eſt.
Ita me Di bene ament, vt mihi liceat tam diu quod amo frui.
Iam depaciſci moꝛtem cupio, tu conijcito cætera.
Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & qd tu ex iſtac copia:
Vt ne addā, quod ſine ſumptu ingenuaʒ, liberalem nactus es,
Quod habes ita vt voluiſti vxoꝛē ſine mala fama, palam
Beatus, ni vnū hoc deſit, animus qui modeſte iſtæc ferat.
Quod ſi tibi res ſit cū eo Lenone, quo cū mihi eſt, tū ſentias.
ITA pleriqꝫ ingenio ſumus oēs, noſtri noſmet pœnitet. An.
At tu mihi contra nunc videre foꝛtunatus Phædria.
Cui deintegro eſt poteſtas etiam conſulendi quid velis.
Retinere, amare, amittere, ego in euʒ incidi infelix locum,
Vt neqꝫ mihi eius ſit amittendi, nec retinendi copia.
Sed quid hoc eſt? videon ego Getā currentem aduenire huc?
Is eſt ipſus, hei timeo miſer, quam hic mihi nunc reʒ nuntiet.

GETA. ANTIPHO. PHAEDRIA.

Tetrametri, partim Trimetri, & Dimetri tres.

Vllus es Geta, nisi aliqđ iā tibi ꝯsiliū celer̃ repereris.
n Ita nunc imparatū subito tanta te impendent mala,
Quæ neq; vti deuitē scio, neq; q̄ mō me ide extrahā.
(Nam non potest celari nostra diutius iam audacia)
Quæ si non astu prouidenŧ, me aut herū pessundabunt. An.
Quidnā ille cōmotus venit? Ge. tum temporis punctum mihi
Ad hanc rem est, herus adest. An. quid istud malist? Ge.
Quod quū audierit, quod eius remediū inueniā iracundiæ?
Loquar ne? incendā, taceam, instigē, purgē me? laterem lauē.
Eheu me miseꝝ cū mihi paueo, tū Antipho me excruciat ani.
Ei⁹ me miseret, ei nūc timeo, is nūc me retinet, nā absq; eo eēt,
Recte ego mihi vidissem, & senis essem vltus iracundiam.
Aliquid ꝯuasissē, atq; hinc me cōijcerē protinā in pedes. An.
Quam hic fugam, aut furtum parat? Ge.
Sed vbi Antiphonē reperiā? aut qua quærere insistā via? Ph.
Te noiat. An. nescio qđ magnū hoc nuntio expecto malū. Ph.
Ah san⁹ ne es? Ge. domū ire pgā, ibi plurimūst. Ph. reuocem⁹
Hominem. An. sta ilico. Ge. hem.
Satis pro imperio quisquis es. An. Geta. G. ipse est quem vo/
lui obuiam. An.
Cedo qd portas obsecro? atq; id (si potes) verbo expedi. Ge.
Faciā. An. eloquere. Ge. modo apud portum. An. meū ne? Ge.
Intellextin. An. occidi. Ge. hem. An.
Quid agā? Ph. qd ais? G. hui⁹ p̄r̃ē vidisse me patruū tuū. An.
Nā quod ego huic nunc subito exitio remediū inueniā miser?
Qđ si eo meæ fortunæ redeunt Phanium abs te vt distrahar,
Nullast mihi vita expetēda. Ge. ꝗ istæc cum ita sint Antipho.


Tāto magis te aduigilarē æquōst, FORtis fortūa adiuuat. An. Nō sū apud me. Ge. atq opus ē nūc cū maxie vt sis Antipho.
Nam si te senserit timidum pater esse arbitrabitur
Cōmeruisse culpā. Ph. hoc verūst. An. nō possū immutarier. G.
Quid faceres, si aliqd grauius tibi nūc faciundum foret? An.
Cū h nō possū, illud min⁹ possē. G. h nihil ē Phædria, ilicet
Quid conterimus operam frustra? quin habeam? Ph. & quidem ego. An. obsecro.
Quid si assimulabo satin ē? G. garris. An. voltū ɔtēplamini, hē
Satin sic ē? Ge. nō. An. qd si sic? Ge. ppemodū. An. qd si sic est?
Hē istuc serua, & verbū vbo par pari vt respōdeas (G. sat est.
Ne te iratus suis sæuidicis dictis protelet. An. scio. G.
Vi coactū te esse, inuitum, lege, iudicio, tenes?
Sed qs hic est senex quē video in vltima platea? An. ipsus est.
Nō possum adesse. Ge. ah quid ais? quo abis Antipho? mane.
Mane inqz. An. egomet me noui, & peccatum meum.
Vobis commendo Phanium, & vitam meam. Ph.
Geta quid nunc fiet? Ge. tu iam lites audies.
Ego plectar pendens, nisi quid me fefellerit.
Sed quod modo hic nos Antiphonem monuimus.
Id nos metipsos facere oportet Phædria. Ph.
Aufer, mihi oportet, quin tu quod faciam impera. Ge.
Meministin olim vt fuerit vestra oratio,
In re incipiunda ad defendendam noxiam,
Iustam illam caussam, facilem, vincibilem, optumam. Ph.
Memini. Ge. hem nunc ipsast opus, aut siquid potest
Meliore, & callidiore. Ph. fiet sedulo. Ge.
Nunc prior adito tu, ego in insidijs hic ero
Succenturiatus, siquid deficies. Ge. age.

¶ Secundus Actus.

DEMIPHO. GETA. PHAEDRIA.

Octonarij, Senarij, vnus Catalecticus, & vnus Hypermeter.

Ita ne tandem vxorem duxit Antipho iniussu meo?
Nec meum imperium (age mitto imperium,) non si/multatem meam
Reuereri? saltem non pudere? o facinus audax, o Geta
Monitor. Ge. vix tandem. De. quid mihi dicent? aut quã caus/sam reperient?
Demiror. Ge. atq reppi iã, aliõ cura. De. an ne hoc dicẽt mihi.
Inuitus feci, lex coegit, audio, & fateor. Ge. places. De.
Verum scientem, tacitum, causssam tradere aduersarijs.
Etiã ne id lex coegit? Ph. illud durũ. Ge. ego expediã, sine, De.
Incertũst qd agã, qa p̃ter spẽ, atqꝫ incredibile hꝫ mihi optigit,
Ita sum irritatus, animũ vt nequeã ad cogitandum instituere.
QVAM OB REM OMNES cũ secundæ res sunt, maxime
Meditari secũ oportet, quo pacto aduõrsam ærumnaꝫ ferant.
Pericla, damna, exilia, peregre rediens semper cogitet,
Aut filij peccatum, aut vxoris mortem, aut morbum filiæ.
Cõmunia esse hæc, fieri posse, vt nequid animo sit nouum.
Quidqd p̃ter spem eueniat, omne id deputare eẽ in lucro. G.
O Phædria incredibilest, quanto herum ante eo sapientia.
Meditata mihi sunt omnia mea incõmoda, herus si redierit,
Vsqꝫ molendũ esse pistrino, vapulandũ, habendæ cõpedes.
Opus ruri faciundũ, horũ nihil quicqꝫ accidet animo nouũ,
Quidquid præter spem eueniet, omne id deputabo in lucro.
Sed qd cessas hominẽ adire, & blãde in p̃ncipio alloqui? De.
Phædriam mei fratris video filium mihi ire obuiam. Ph.
Mi patrue salue. De. salue, sed vbi est Antipho? Ph.



Saluum te venire. De. credo, hoc responde mihi. Ph.
Valet, hic est, sed satin omnia ex sententia? De.
Vellem quidem. Ph. quid istuc? De. rogitas Phædria?
Bonas me absente hic confecistis nuptias. Ph.
Eho an id succenses nunc illi? Ge. o artificem probum. De.
Ego ne illi non succenseam? ipsum gestio dari
Mihi in conspectum, nunc sua culpa vt sciat
Lenem patrem, illum factum me esse acerrimum. Ph.
Atqui nihil fecit patrue quod succenseas. De.
Ecce autem similia omnia, omnes congruunt.
Vnum cognoris, omnes noris, Ph. haud itast. De.
Hic in noxia est, ille ad defendendam caussam adest.
Cum ille abest, hic præsto est, tradunt operas mutuas. Ge.
Probe eorum facta imprudens depinxit senex. De.
Nam ni hæc ita essent cum illo haud stares Phædria. Ph.
Si est patrue culpam vt Antipho in se admiserit.
Ex qua re minus rei foret, aut famæ temperans.
Non caussam dico, quin quod meritus est ferat.
Sed siquis forte malitia fretus sua
Insidias nostræ fecit adulescentiæ,
Ac vicit, nostran ea culpa est? an iudicium?
Qui sæpe propter inuidiam adimunt diuiti?
Aut propter misericordiam addunt pauperi? Ge.
Ni nossem caussam crederem hunc vera loqui. De.
An quisquam iudex est qui possit noscere
Tua iusta, vbi tu te verbum non respondeas,
Ita vt ille fecit? Ph. functus adulescentuli est
Officium liberalis, postquam ad iudices
Ventumst, non potuit cogitata proloqui.

Ita eum

Ita eum tum timidum obſtupefecit pudoꝛ.Ge.
Laudo hunc,ſed ceſſo adire q̃ primum ſenem?
Here ſalue,ſaluum te aduenisſe gaudeo.De.oh
Bone cuſtos ſalue,columen vero familiæ,
Cui comendaui filium hinc abiens meum.Ge.
Iam dudum te omnis nos accuſare audio
Immerito,& me omnium hoꝛum immeritiſſimo.
Nam quid me in hac re facere voluiſti tibi?
SERVVM HOMINEM cauſſam oꝛare leges non ſinunt.
Neq̃ teſtimonij dictio eſt.De.mitto omnia.adde
Iſtuc impꝛudens,timuit adoleſcens,ſino.
Tu ſeruus,verum ſi cognata eſt maxime,
Non fuit neceſſe habere,ſed id quod lex iubet
Dotem daretis,quæreret alium virum.
Qua ratione inopem potius ducebat domum?Ge.
Non ratio,verum argentum deerat.De.ſumeret
Alicunde.Ge.alicunde?nihil eſt dictu facilius.De.
Poſtremo,ſi nullo,alio pacto,vel fenoꝛe.Ge.
Hui dixti pulchꝛe,ſiquidem quiſq̃ crederet
Te viuo.De.non?non ſic futurumſt,non poteſt.
Ego ne illam cum illo vt patiar nuptam vnuꝫ diem?
Nihil ſuaue meritumſt,hominem cõmoſtrarier
Mihi iſtum volo,aut vbi habitet demonſtrarier.Ge.
Nempe Phoꝛmionem.De.iſtum patronum mulieris?Ge.
Iam faxo hic aderit.De.Antipho vbi nunc eſt?Ph.foꝛis.De.
Abi Phædria,eum require,atq̃ adduce huc.Ph.eo
Recta via equidem illuc.Ge.nempe ad Pamphilam.De.
At ego Deos penatis hinc ſalutatum domum
Deuoꝛtar,inde ibo ad foꝛum,atq̃ aliquot mihi



Amicos aduocabo ad hanc rem qui adsient,
Vt ne imparatus sim cum aduentiat Phormio.

PHORMIO. GETA.

Septenarij Iambici.

Ta ne patris ais conspectũ veritum hinc abisse?Ge. admodum.Ph.
Phaniũ relictam solã?Ge.sic.Ph.& iratũ senem?Ge.
Oppido.Ph.ad te summa solum Phormio rerum redit.
Tu te hoc intristi,tibi omne est exedendum,accingere.Ge.
Obsecro te.Ph.si rogabit?Ge.in te spes est,Ph.ecce re.
Quid si reddet?Ge.tu ipulisti.Ph.sic opinor.Ge. subueni.Ph.
Cedo senem,iam instructa sunt mihi corde consilia oĩa.Ge.
Quid ages?P.qd vis nisi vt mãeat Phaniũ,atq; ex crimie h,
Antiphonẽ eripiam,atq; in me omnem irã deriue; senis?Ge.
O vir fortis,atq; amicus,verũ hoc sæpe Phormio
Vereor,ne istæc fortitudo in neruum erumpat deniq;.Ph.ah
Non ita est,factumst periculum,iam pedum visast via.
Quot me censes homines iam deuerberasse vsq; ad necem
Hospites,tum ciues?quo magis noui tanto sæpius.
Cedo dum en vnq̃ iniuriarum audisti mihi scriptã dicã?Ge.
Quid istuc?Ph.quia non recte accipitri tenditur,neq; Miluo
Qui male faciunt nobis,illis qui nihil mali faciunt tenditur,
Quia enim in illis fructus est,in his opera luditur,
Alijs aliunde est periculum,vnde aliquid abradi potest.
Mihi sciunt nihil esse,dices ducent damnatum domum.
Alere nolunt hominẽ edacem,& sapiũt mea quidem sentẽtia.
Pro maleficio si beneficium summum nolunt reddere.Ge.
Non potest satis pro merito ab illo tibi referri gratia.Ph.
Immo enim nemo satis pro merito gratiam regi refert.

Te ne asimbolum venire vnctum, atq; lautum e balneis,
Ocyosum ab animo, cum ille & cura, & sumptu absumitur.
Dum tibi sit quod placeat, ille ringitur, tu rideas.
Prior bibas, prior decumbas, cœna dubia apponitur. Ge.
Quid istuc verbi est? Ph. vbi tu dubites qd sumas potissimũ.
Hæc cum ratione ineas, q̃ sint suauia, & q̃ cara sint,
Ea qui præbet non tu hunc habeas plane præsentẽ deũ? Ge.
Senex adest, vide quid agas, prima coitio est acerrima.
Si eam substinueris, post illam iam vt lubet ludas licet.

DEMIPHO. GETA. PHORMIO.

Senarij omnes.

N vnq̃ cuiq; contumeliosius
Audistis factam iniuriam q̃ hæc est mihi?
Adeste quæso. Ge. iratus est. Ph. quin tu hoc ages?
Iam ego hunc agitabo, proh deum imortalium fidem,
Negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho?
Hanc Demipho negat esse cognatam? Ge. negat. Ph.
Neq; eius patrem se scire qui fuerit? Ge. negat. De.
Ipsũ esse opinor de quo agebam, sequimini. Ph.
Nec Stilphonem ipsum scire qui fuerit? Ge. negat. Ph.
Quia egens relicta est misera, ignoratur parens,
Neglegitur ipsa, vide auaritia quid facit. Ge.
Si herum insimulabis malitiæ, male audies. De.
O audaciam, etiam me vltro accusatum aduenit. Ph.
Nam iam adulescenti nihil est quod succenseam,
Si illum minus norat, quippe homo iam grandior
Pauper, cui opera vita erat, ruri fere

Se continebat, ibi agrum de nostro patre
Colendum habebat, sæpe interea mihi senex
Narrabat se hunc neglegere cognatum suum.
At quem virum? quem ego viderim in vita optumum. Ge.
Videas te, atque illum vt narras. Ph. abi in malam crucem.
Nam ni ita eum existimassem, nunquam tam grauis
Ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam,
Quam is aspernatur, nunc tam illiberaliter. Ge.
Pergin hero absenti male loqui impurissime? Ph.
Dignũ autem hoc illo est. Ge. ain tandẽ carcere? De. Geta. Ge.
Bonorum extortor, legum contortor. De. Geta. Ph.
Responde. Ge. quis homo est? ehem. De. tace. Ge. absenti tibi
Te indignas, seque dignas contumelias
Nunquam cessauit dicere hodie. De. ohe desine.
Adulescens primum abs te hoc bona venia expeto.
Si tibi placere potis est mihi vt respondeas,
Quem amicum tuũ ais fuisse istum, explana mihi.
Et qui cognatum me sibi esse diceret. Ph.
Proinde expiscare quasi non nosses. De. nossem. Ph. ita. De.
Ego me nego, tu qui ais redige in memoriam. Ph.
Eho tu sobrinum tuum non noras? De. enicas.
Dic nomẽ. Ph. nomen? maxume. De. quid nunc taces? Ph.
Peri hercle, nomen perdidi. De. hem, quid ais? Ph. Geta.
Si meministi quod olim dictumst subijce, hem.
Non dico quasi non noris, tentatum aduenis. De.
Egon autem tento? Ge. Stilpho. Ph. atque adeo quid mea?
Stilphost. De. quem dixti? Ph. Stilphonem inquam noueras? De.
Neque ego illum noram, nec mihi cognatus fuit
Quisquam istoc nomine. Ph. ita ne? non te horum pudet?

At ſi talentum rem reliquiſſet decem. De.
Di tibi malefaciant. Ph. primus eſſes, memoriter
Progeniem veſtram vſq; ab auo, atq; atauo proferens. De.
Ita vt dicis, ego tum ſi adueniſſem, qui mihi
Cognata eſſet dicerem, itidem tu face, cedo
Qui eſt cognata? Ge. heu noſter recte, heus tu caue. Ph.
Dilucide expediui, quibus me oportuit
Iudicibus, tum ſi id falſum fuerat, filius
Cur non refellit? De. filium narras mihi?
Cuius de ſtultia dici vt dignumſt non poteſt. Ph.
At tu qui ſapiens es magiſtratus adi,
Iudicium de eadem cauſſa iterum vt reddant tibi.
Quando quidem ſolus regnas, & ſoli licet
Hic de eadem cauſſa bis iudicium adipiſcier. De.
Et ſi mihi facta iniuriaſt, verum tamen
Potiuſq̄ lites ſecter, aut q̄ te audiam.
Itidem vt cognata ſi ſit, id quod lex iubet,
Dotem dare, abduce hanc, minas quinq; accipe. Ph.
Ah ah, hæ, homo ſuauis. De. quid eſt? num iniquom poſtulo?
An ne hoc quidem adipiſcar ego, quod ius publicumſt? Ph.
Ita ne tandem quæſo, meretricem vbi abuſus ſis.
Mercedem dare lex iubet ei, atq; amittere.
An vt nequid turpe ciuis in ſe admitteret
Propter egeſtatem, proximo iuſſaſt dari.
Vt cum vno ætatem degeret, quod tu vetas? De.
Ita proximo quidem, at nos vnde, aut q̄ ob rem? Ph. ohe
Actum aiunt, ne agas. De. nō agam? imo haud deſinam,
Donec perfecero hoc. Ph. ineptis. De. ſine modo. Ph.
Poſtremo tecum nihil rei nobis Demiphoſt.

Tuus eſt damnatus gnatus non tu, nam tua
Præterierat iam ad ducendum ætas. De. omnia hæc
Illum putato, quæ ego nunc dico dicere.
Aut quidem cum vxore hac ipſum prohibeo domo. Ge.
Iratus eſt, tu te idem feceris melius. De.
Itan es paratus facere me aduorſum omnia
Infelix? Ph. metuit hic nos, tam ⁊ ſi ſedulo
Diſſimulat. Ge. bene habent tibi principia. Ph. quin quod eſt
Ferundum feras, tuis factis dignum feceris,
Vt amici inter nos ſimus. De. egon tuam expetam
Amicitiam, aut te viſum, aut auditum velim? Ph.
Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam
Senectutem oblectet, reſpice ætatem tuam. De.
Te oblectet, tibi habe. Ph. minue vero iram. De. hoc age,
Satis iam verborumſt, niſi tu properes mulierem
Adducere, ego illam eiciam, dixi Phormio. Ph.
Si tu illam attigeris, ſecus q̄ dignumſt liberaꝫ,
Dicam impingam tibi grandem, Dixi Demipho.
Siquid opus fuerit, heus domo me. Ge. intellego.

DEMIPHO. GETA. HEGIO. CRATINVS. CRITO.

Senarij.

Vanta me cura, ⁊ ſollicitudine afficit
q Gnatus, qui me, ſeqꝫ hiſce impediuit nuptijs.
Neqꝫ mihi in conſpectum prodit, vt ſaltem ſciam
Quid te hac re dicat, quid ve ſit ſententiæ.
Abi tu viſe redierit ne iam, an non dum domum. Ge.
Eo. De. videtis quo in loco res hæc ſiet.
Quid ago? dic Hegio. He. ego Cratinum cenſeo

Si tibi videtur. De. dic Cratine. Cra. me ne vis? De.
Te. Cra. ego quæ in rem tuam sint ea velim facias, mihi
Sic hoc videtur, quod filius te absente hic
Egit, restituit in integrum æquomst, & bonum,
Et id impetrabis, dixi. De. dic nunc Hegio. He.
Ego sedulo hunc dixisse credo, verum itast.
QVOT HOMINES, TOT Sententiæ, suus cuiqꝫ mos est.
Mihi non videtur quod sit factum legibus
Rescindi posse, & turpe inceptust. De. dic Crite. Cri.
Ego amplius deliberandum censeo.
Res magna est. He. nunquid nos vis? De. fecistis probe.
Incertior sum multo q̄ȝ dudum. Ge. negant
Redisse. De. frater est expectandus mihi.
Is quod mihi dederit de hac re consilium id exequar.
Percontatum ibo ad portum quoad se recipiat. Ge.
At ego Antiphonem quæram, vt quæ acta hic sunt sciat.
Sed eccum ipsum video in tempore huc se recipere.

¶ Tertius Actus.
Tetrametri omnes.
ANTIPHO. GETA.

(perādus
Nimuero Antipho multis modis cū istoc aio es vitu
e Ita hinc abisse, & vitā tuam tutandam aliis dedisse:
Alios tuā rē credidisti magis q̄ȝ te animaduersuros:
Nā vt vt erant alia, illi certe quæ nunc domi tuæ est cōsuleres,
Nequid propter tuā fidem decepta pateretur mali.
Cuius nunc miseræ spes, opesqꝫ sunt in te vno oēs sitæ. Ge.
Eqdē here nos iā dudū hic te absentē icusam⁹, q abieris. An.
Te ipm q̄rebaȝ. Ge. sȝ ea caussa nihilo magis defecimus. An.

Loquere obsecro, quo nam in loco sunt res, & fortunæ meæ?
Nunquid patri subolet? Ge. nihil etiam. An. & quid spei porrost? G. nescio. An. ah. Ge.
Nisi Phædria haud cessauit p te eniti. An. nihil fecit noui. Ge.
Tũ Phormio itidẽ hac re vt in aliis hoiez strenuum pbuit. A.
Quid is fecit? Ge. cõfutauit verbis admodũ iratuz patrẽ. An.
Heu Phormio. G. ego qd potui porro. A. mi Geta oisvos amo
Sic hñt pricipia se se vt dico, adhuc trãqlla res est. (Ge.
Mansurusq3 patruum paterem, dum huc adueniat. A. qd euz?
G. vt aiebat
De eius consilio velle se se facere qd ad hanc rem attinet. An.
Quãtus metus est mihi venire huc saluũ nunc patruũ Geta?
Nã p eius vnã (vt audio) aut viuã, aut moriar sententiam. G.
Phædria tibi adest. A. vbi nã? G. eccũ a sua palestra exit foras

PHAEDRIA. DORIO. ANTIPHO. GETA.

Tetrametri, præter vnum qui est Senarius.

Ozio audi obsecro. D. non audio. Ph. parumper. D.
quin omitte me. Ph.
Audi qd dicã. Do. at eni tedet iã audire eadẽ milies.
At nunc dicã qd lubẽter audias. Do. loquere audio. Ph. (Ph.
Nequeo te exorare vt maneas triduũ hoc, quo nũc abis? Do.
Mirabar si tu mihi quidq3 afferres noui. An.
Hei metuo Lenonẽ neqd suo suat capiti. Ge. idẽ ego metuo. P.
Nõ mihi credis? Do. ariolare. Ph. sin fidẽ do? Do. fabulæ. Ph.
Feneratum istuc beneficium tibi pulchre dices. Do. logi. Ph.
Crede mihi gaudebis facto, vez hercle hoc est. Do. somniũ. Ph.
Experire, non est longum. Do. cantilenam eandem canis. Ph.
Tu mihi cognat⁹, tu parẽs, tu amicus, tu, D. garris modo. Ph.
Adeon ingenio te esse duro, atq3 inexorabili.

Vt neq; misericordia, neq; præcibus molliri queas? Do.
Adeon te esse incogitantem, atq; impudentem Phædria,
Vt faleratis dictis ducas me, & meam ductis gratis? An.
Miseritũst. Ph. hei veris vicor. Ge. q̃; vterq; est similis sui. Ph.
Neq; Antipho alia cum occupatus esset solicitudine.
Tũ h ee mihi obiectũ malũ. A. ah, qd istuc aũt ẽ Phædria? P.
O fortũatissime Antipho. An. ego ne? P. cui qđ amas domi ẽ,
Nec cũ huiusmodi vnq̃; vsus venit, vt conflictares malo. An.
Mihin domist? imo quod aiunt, AVRIBVS TENEO lupũ.
Nã neq; quo mõ a me amittã iuenio, aut vti retineã scio. Do.
Ipsum istuc mihi in hoc est. An. eia ne parum leno sies,
Nunquid hic confecit? Ph. hicine? quod hõ inhumanissimus
Pãphilã meã vendidit. Ge. qd? vẽdidit? An. ain vendidit? Ph.
Vendidit. Do. q̃; indignũ facinus, ancillã ære emptã suo. Ph.
Nequeo exorare vt maneat, & cum illo vt mutet fidem
Triduũ hoc, dũ id qđ est proximũ ab amicis argentũ aufero.
Si non tum dedero vnam præterea horã ne opertus sies. Do.
Obtundis. An. haud longũst id quod orat Dorio, exoret sine.
Idẽ hoc tibi quod bene ꝑmeritus fueris conduplicauerit. Do.
Verba istæc sunt. An. Pamphilam ne hac vrbe priuari sines?
Tum præterea horum amorem distrahi poterin pati? Do.
Neq; ego, neq; tu. Ge. Di tibi oẽs id quod est dignũ diũt. Do.
Ego te compluris aduorsum ingenium meum menses tuli
Pollicitantẽ, & nihil ferentem, flentem, & nunc contra hæc oia
Repperi qui det, neq; lacrumet, da locum melioribus. An.
Certe hercle si satis cõmemini, tibi quidem olim est dies,
Quã ad dares huic ꝓstituta. P. factũ. Do. nũ ego istuc nego? A.
Iã ne ea ꝓteriit? Do. nõ, verum ei hæc antecessit. An. nõ pudet
Vanitatis? Do. minime, dum ob rẽ. Ge. sterquiliniũ. Ph. Dorio

Ita ne tandem facere oportet?Do.sic sum,si placeo vtere. An.
Sicine hūc decipis?Do.imo enī vero Antipho hic me decipit.
Nā hic me huiusmodi sciebat esse,ego hūc esse aliter credidi.
Is me fefellit,ego isti nihilo sum aliter ac fui.
Sed vt vt hæc sunt,tamē hoc faciā,cras mane argētum mihi
Miles se dare dixit,si mihi prior tu attuleris Phædria,
Mea lege vtar,vt potior sit qui prior ad dandumst. Vale.

PHEDRIA. ANTIPHO. GETA.

Tetrametri vt superiores,& Dimeter vnus. (miser?
Vid faciā?vn̄ ego nūc tā subito huic argētum inueniā
q Cui minus nihilost,qd̄ si hic potuisset nūc exorarier,
Triduū ħ ꝓmissū fuerat. An.ita ne hūc patiemur Ge
Fieri miserū?qui me dudum vt dixti adiuuerit comiter, (ta
Quin cuz opust beneficiū rursum ei experiamur reddere?Ge.
Scio eqdē hoc eē æquū. An.age ergo,solus suar hūc potes. G.
Quid faciā?An.inuenias argētū. Ge.cupio,ꝫ id vn̄ edoce. An.
Pater adest hic. Ge.scio,ꝫ qd tū?An.ah,dictū sapiēti sat ē. G.
Ita ne?An ita. Ge.sane hercle pulchre suadest,ēt tu hinc abis?
Non triumpho ex nuptijs tuis si nihil nanciscor mali,
Ni etiā nūc me huius caussa q̄rere in malo iubeas crucē?An.
Verꝫ hic dicit. Ph.qd.?ego vobis Geta alienꝰ sūꝫ?G.haud puto.
Sed parum ne est,quod omnibus nunc nobis succenset senex,
Ne instigemus etiam,vt nullus locus relinquatur preci. Ph.
Alius ab oculis meis illam in ignotū hinc abducet locū?hem.
Dum igitur licet,dumqꝫ adsum,loquimini mecum Antipho.
Cōtēplamini me. An.q̄ꝫ ob rē?aut quid nā facturus cedo. Ph.
Quo quo hinc asportabitur terrarum certumst persequi,
Aut pire. An.Di bene vortant quid agas pedetētiꝫ tamē. An.

Vide siqd opis potes afferri huic.G.siqd,qd?An.qre obsecro,
Nequid plus minus ve faxit quod nos post pigeat Geta.Ge.
Quæro,saluos est vt opinor,verum enim metuo malum.An.
Noli metuere,vna tecum bona,malaqz tolerabimus.Ge.
Quātū opus est tibi argenti?loqre.Ph.solæ triginta minæ.G.
Triginta?hui percarast Phædria.Ph.istæc vero vilis est.Ge.
Age age,inuentas reddaz.Ph.o lepidum caput.Ge.
Aufer te hinc.Ph.iam opus est.Ge.iam feres.An.
Sed opus est mihi Phormionē ad hāc rem adiutorē dari.An.
Præstost audacissime,oneris quid vis impone,& feret.
Solus est hō amico amicus.Ge.eamus ergo ad eū ocyus.Ph.
Abi,dic præsto vt sit domi.An.
Nunquid est quod opera mea vobis opus sit?Ge.nihil,verum abi domum,
Et illam miserā,quam ego nūc intus scio esse exanimatā metu
Consolare,cessas?An.nihil est æque quod faciam lubens.Ph.
Qua via istuc facies?Ge.dicam in itinere,mō te hinc amoue.

¶ Quartus Actus.

DEMIPHO. CHREMES.

Senarij.

Vid?qua pfectus caussa hinc es lemnum Chremes?
q Adduxtin tecuz filiam?Ch.non.De.quid ita nō?Ch.
Postq̄z videt me eius mater hic esse diutius,
Simul autem non manebat ætas virginis
Meam negligentiam,ipsam cum omni familia
Ad me profectam esse aiebant.De.quid illic tam diu
Quæso igitur commorabere,vbi id audiueras?Ch.
Pol me detinuit morbus.De.vnde?aut qui?Ch.rogas?



SENECTVS IPSA EST morbus,sed venisse eas
Saluas audiui ex nauta qui illas vexerat.De.
Quid gnato obtigerit me absente audistin Chremes?Ch.
Quod quidem me factum consilij incertum facit,
Nam hanc condicionem sicui tulero extrario,
Quo pacto aut vnde mihi sit dicendum ordinest.
Te mihi fidelem esse æque,atq; ego met sum mihi
Scibam,ille si me alienus affinem volet
Tacebit,dum intercedet familiaritas.
Sin spreuerit me,plusq; opus est scito,sciet.
Vereorq;,ne vxor aliqua hoc resciscat mea.
Quod si fit,vt me excutiam,atq; egrediar domo
Id restat,nam ego meorum solus sum meus.De.
Scio ita esse,& istæc mihi res solicitudinist.
Neq; defeciscar vnq;,ego experier,
Donec tibi id quod pollicitus sum effecero.

GETA.

Senarij.

Go hominem callidiorem vidi neminem
e Quam Phormionem,venio ad hominem,vt dicerem
Argento opus esse,& id quo pacto fieret.
Vix dum dimidium dixeram,intellexerat.
Gaudebat,me laudabat,quærebat senem.
Dis gratias agebat,tempus sibi dari,
Vbi Phædriæ se ostenderet nihilominus
Amicum esse q; Antiphoni,hominem ad forum
Iussit opperiri,eo me esse adducturum senem.

Sed eccum ipſum, quis eſt vlterioꝛ? at at Phædriæ
Pater venit, ſed quid pertimui autem belua?
An quia quos fallam pꝛo vno duo ſunt mihi dati?
Commodius eſſe opinoꝛ duplici ſpe vtier.
Petam hinc vnde a pꝛimo inſtitui, is ſi dat ſat eſt.
Si ab hoc nihil fiat, tum hunc adoꝛiar hoſpitem.

ANTIPHO. GETA. CHREMES. DEMIPHO.
Senarij.

Xpecto q̃ꝫ mox recipiat huc ſeſe Geta.
c Sed patruum cum patre video aſtantem, hei mihi.
Quam timeo aueṇtus huius quo impellat patrẽ. Ge.
Adibo hoſce, o noſter Chꝛemes. Ch. ſalue Geta. Ge.
Venire ſaluum volupeſt. Ch. credo. Ge. quid agitur? Ch.
Multa aduenienti vt fit, noua hic compluria. Ge.
Ita de Antiphone audiſtin quæ facta? Ch. omnia. Ge.
Tun dixeras huic facinus indignum Chꝛeme.
Sic circum iri? De. cum hoc id agebam cõmodum. Ge.
Nam hercle ego quoqꝫ id mecum agitans ſedulo.
Inueni opinoꝛ remedium huic rei. De. quid Geta?
Quod remedium? Ge. vt abi abs te, fit foꝛte obuiam
Mihi Phoꝛmio. Ch. qui Phoꝛmio? Ge. is, qui iſtã. Ch. ſcio. Ge.
Viſum eſt mihi vt eius tentarem ſententiam.
Pꝛehendo hominem ſolum, cur non inq̃ꝫ Phoꝛmio
Vides inter vos ſic, hæc potius cum bona
Vt componantur gratia, quam cum mala?
Herus liberalis eſt, ⁊ fugitans litium.
Nam cæteri quidem hercle amici omnes modo

Vno ore authores fuere, vt præcipitem hanc daret. An.
Quid hic ceptat? aut quo euadet hodie? Ge. an legibus
Daturum pœnas dices si illam eiecerit?
Iam id exploratum est, eia sudabis satis.
Si cum illo inceptas homine, ea eloquentia est.
Verum pone esse victum eum, at tandem tamen
Non capitis eius res agitur, sed pecuniæ.
Postq̃ hominem his verbis mollirier sentio.
Soli sumus nunc hic inq̃, eho dic quid velis dari
Tibi in manum, vt herus his desistat litibus.
Hæc hinc facessat, tu molestus ne sies. An.
Satin illi Di sunt propitij? Ge. nam sat scio.
Si tu aliquam partem æqui, boniq; dixeris.
Vt est ille bonus vir, tria non commutabitis
Verba hodie inter vos. De. quis te istæc iussit loqui? Ch.
Immo non potuit melius peruenirier
Eo quo nos volumus. An. occidi. De. perge eloqui. Ge.
Adprimo homo insanibat. De. cedo quid postulat? Ge.
Quid? nimium, quantum libuit. Ch. dic. Ge. siquis daret
Talentum magnum. Ch. imo malũ hercle, vt nihil pudet? Ge.
Quod dixi adeo ei, quæso quid si filiam
Suam vnicam locaret? parui retulit
Non suscepisse, inuentast quæ dotem petat.
Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias,
Hæc deniq; eius fuit postrema oratio.
Ego inquit a principio amici filiam
Ita vt æquom fuerat volui vxorem ducere.
Nam mihi veniebat in mentem eius incõmodum
In seruitutem pauperem ad ditem dari.

Sed mihi opus erat, vt aperte tibi nunc fabuler,
Aliquantum quæ afferret, qui dissoluerem
Quæ debeo, etiam nunc si volt Demipho
Dare, quantum ab hac accipio, quæ sponsast mihi.
Nullam mihi malim q̃ istanc vxorem dari. An.
Vtrum stultitia facere ego hunc, an malitia
Dicam, scientem, an imprudentem, incertus sum. De.
Quid si animam debet? Ge. ager oppositus est pignori
Ob decem minas inquit. De. age age, iam ducat, dabo. Ge.
Aediculæ item sunt ob decem alias. De. hoi hui
Nimiumst. Ch. ne clama, petito hasce a me decem. Ge.
Vxori emunda ancillulast, tum autem pluscula
Suppellectile opus est, opus est sumptu ad nuptias.
His rebus sane pone inquit decem minas. De.
Sexcentas perinde potius scribito iam mihi dicas,
Nihil do, impuratus me ille vt etiam irrideat? Ch.
Quæso ego dabo, quiesce, tu modo filius
Fac vt illam ducat, nos quam volumus. An. hei mihi
Geta, occidisti me tuis fallacijs. Ch.
Mea caussa eijcitur, me hoc æquomst amittere. Ge.
Quantum potes me certiorem inquit face.
Si illam dant, hanc vt amittam ne incertus siem.
Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare. Ch.
Iam accipiat, illis repudium renuntiet.
Hanc ducat. De. quæ quidem illi res vortat male. Ch.
Oportune adeo nunc argentum mecum attuli.
Fructum quem lemni vxoris reddunt prædia.
Id sumam vxori, tibi opus esse dixero.

ANTIPHO. GETA.

Senarij.

Eta.Ge.hem.An.quid egiſti?Ge.emunxi argento ſe
g nes.An.
Satin id eſt?Ge.neſcio hercle,tantū iuſſus ſum.An.
Eho verbero,aliud mihi reſpondes ac rogo.Ge.
Quid ergo narras?An.quid ego narrem?opera tua.
Ad reſtim mihi quidem res rediit planiſſume.
Vt te quidem omnes Dij,Deæq;,ſuperi,inferi
Malis exemplis perdant,hem ſiquid velis
Huic mandes,quod quidem recte curatum velis,
Quid minus vtibile fuit,q̃ hoc vlcus tangere,
Aut nominare vxorem?iniecta eſt ſpes patri
Poſſe illam extrudi,cedo,nunc porro Phormio
Dotem ſi accipiet,vxor ducenda eſt domum.
Quid fiet?Ge.non enim ducet.An.noui,cæterum
Cum argentum repetent,noſtra cauſſa ſcilicet
In neruom potius ibit.Ge.NIHIL EST ANTIPHO
Quin male narrando poſſit deprauarier.
Tu id quod boni eſt excerptis,dicis quod mali eſt.
Audi nunc contra iam,ſi argentum acceperit,
Ducenda eſt vxor vt ais,concedo tibi.
Spatium quidem tandem apparandis nuptijs,
Vocandi ſacrificandi dabitur paululum,
Interea amici quod polliciti ſunt dabunt
Argentū,id iſtis reddet.An.q̃ ob rē?aut qd dicet?Ge.rogas?
Quot res poſt illa monſtra euenere mihi?
Introijt in ædes ater alienus canis.
Anguis per impluuium decidit de tegulis.

Gallina

Gallina cecinit, interdixit hariolus.
Haruspex vetuit ante brumam autem noui
Negotij incipere, quae caussast iustissima,
Haec fient. An. vt modo fiant. Ge. fient me vide.
Pater exit, abi, dic esse argentum Phaedriae.

DEMIPHO. GETA. CHREMES.

Octonarij omnes.

Victus esto inq̄z, ego curabo nequid verborū duint.
q Hoc temere nunquam amittam ego a me, quin mihi testis adhibeam
Cum dē, & quam ob rem dē cómemorabo. Ge. vt cautus est, vbi nihil opust. C.
Atq; ita opus factost, at matura, duz libido eadē haec manet.
Nam si altera illa magis instabit, forsitan nos reijciat. Ge.
Rem ipsam putasti. De. duc me ad eum ergo. Ge. non moror.
Ch. vbi hoc egeris.
Transito ad vxorē meā, vt conueniat hanc priusq̄z hinc abeat.
Dicat eam dare nos Phormioni nuptum, ne succenseat.
Et magis esse illum idoneum, qui ipsi sit familiarior.
Nos nostro officio nihil egressos esse, quantum is voluerit
Datum esse dotis. De. quid tua (malum) id refert? Ch. magni Demipho. De.
Non sat est tuum te officiū fecisse si nō id fama approbat. Ch.
Volo ipsius quoq; volūtate fieri hoc, ne se eiectā praedicet. D.
Idē ego istuc facē possuz. Ch. mulier mulieri magis ꝯgruet. D
Rogabo. Ch. vbi nunc illas ego reperire possim cogito.

¶ Quintus Actus.

SOPHRONA. CHREMES.

Octonarij, & quidam Quadrati, penultima longa.

Vid agā? quē mihi amicū ueniā misera? aut cui ꝯsilia
q Hæc referam? aut vnde nunc mihi auxilium petam?
Nā vereor hera ne ob meū suasum idigne iniuria effi-
Ita p̄ īez adulescētis facta hæc tolerar̄ audio violēter. C. (ciat.
Nā quæ hæc est anus exaiata, a fratre quæ egressast meo? So.
Quod vt facerē egestas me ipulit, cū scirem infirmas nuptias
Hasce esse, vt id consulerem, interea vita vt in tuto foret. Ch.
Certo ædepol (nisi me aius fallit) aut parum oculi ꝓspiciunt,
Meæ nutricē gnatæ video. S. neq; ille iuestigat̄. C. qd agā? S.
Qui est eius pater, Ch. adeon, an maneo, dū ea quæ loquitur
magis cognosco? So.
Q ꝺ si eū nunc repire possim, nihil est qꝺ verear. Ch. east ipsa.
Colloquar. So. quis hic loquitur? Ch. Sophrona. So. & meum
nomen nominat. Ch.
Respice ad me. S. Di obsecro vos, ē ne hic Stilpho? C. nō. S. ne
Cōcede hic a forib⁹ paululū istorsuz sodes Sophroā. (gas? C.
Ne me istoc posthac noie appellasis. So. quid? non es obsecro.
Quē semp te eē dictitasti? Ch. est. S. qd has metuis fores? Ch.
Conclusam hic habeo vxorem sænam, verum istoc de nomine
Eo perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris
Effutiretis, atq; id porro aliqua vxor mea rescisceret. So.
Hem istoc pol nos te hic iuenire miseræ nūq̄ꝫ potuimus. Ch.
Eho dic mihi quid tibi rei est cum familia hac, vnde exis?
Aut vbi illæ sunt? S. miserā me, C. hē qd est? viuūt ne? S. viuit
Matrē ipsam ex ægritudie miserā mors ꝯsecuta ē. C. (gnata.
Male factū. So. ego aūt quæ eēm anus deserta, egens, ignota,
Vt potui virginem nuptum locaui huic adulescenti,
Hæc q ē dn̄s ædiū. C. Antiphoni ne? S. hē isti ipsi. C. (solā. C.
Quid? duas ne is vxores hēt? S. hau obsecro vnā qdē ille hāc

Quid illa altera quæ dicit cognata? So. hæc é. Ch. qd ais? So.
Composito factumst, quo modo hanc amans habere posset
Sine dote. Ch. di vostram fidem, q̃ȝ sæpe forte temere
Eveniunt, quæ non audeas optare, offendi adveniens.
Qui cum volebam, atq; vt volebam collocatam filiam.
Quod nos ambo opere maximo dabamus vt fieret operam.
Sine nostra cura maxima, sua cura hæc sola fecit. So.
Nunc quid facto est opus vide, pater adulescentis venit.
Eūq; animo iniquo hoc oppido ferre aiunt. Ch. nihil periclist.
Sed p deos atq; hoies meam esse hanc caue rescis cat q̃sq̃. So.
Nemo ex me scibit. Ch. sequere me, cætera intus audies.

DEMIPHO. GETA.

Quadrati Octonarij penultima longa.

Ostrapte culpa facimus, vt malos expediat esse,
n Dum nimiū dici nos bonos studemus, & benignos.
Ita fugias, ne p̄ter CASAM qd aiūt. n̄ ne id sat erat
Accipere ab illo iniuriam? etiam argentum est vltro obiectū.
Vt sit qui vivat, dum aliquid aliud flagitij conficiat. Ge.
Planissume. De. is nunc p̄miumst qui recta prava faciunt. Ge.
Verissime. De. vt stultissime quidem illi rem gesserimus. Ge.
Modo vt hoc consilio possit discedi, vt istam ducat. De.
Etiā ne id dubiūst? Ge. haud scio, hercle vt homost, an mutet
Animū. De. hem mutet autē? Ge. nescio, verū si forte dico. De.
Ita faciā, vt frater censuit, vt vxorem huc eius adducam
Cū ista, vt loquat, Geta abi, prænuncia hanc venturam. Ge.
Argentum inventumst Phædriæ, de iurgio siletur.
Provisum est ne in præsentia hæc hinc abeat, quid nūc porro
Quid fiet? in eodem luto hæsitas, vorsuram solves
Geta, præsens qd fuerat malum in diem abijt, plagæ crescunt



Nisi prospicis, nunc hinc domum ibo, ac Phanium edocebo,
Nequid vereatur Phormionem, aut eius orationem.

DEMIPHO. NAVSISTRATA. CHREMES.

Octonarij, & Quadrati mixti.

Gedũ vt soles Nausistrata, fac vt illa placetur nobis.
a Vt sua volũtate id qđ ẽ faciũdũ faciat. Na. faciã. De.
Parit nũc opa me adiuues, ac dudũ re opitulata es.
Fcm̃ volo, ac pol q̃o min⁹ viri culpa, q̃ȝ me dignũ st. De. (Na.
Quid autem? Na. quia pol mei patris bene parta indiligẽter
Tutatur, nam ex his prædijs talenta argenti bina
Statim capiebat, HEM vir viro qd pstat? De. bina q̃so? Na.
Ac rebus vilioribus multo, tamen duo talenta. De. hui. Na.
Quid hæc videntur? D. scilicet. Na. virum me natam vellem,
Ego ostenderẽ. De. certo scio. Na. quo pacto? De. parce sodes,
Vt possis cum illa, ne te adulescens mulier defatiget. Na.
Faciã vt iubes, sȝ meũ virũ abs te exir video. C. hẽ Demipho.
Iam illi datum est argentũ? De. curaui ilico. Ch. nollem datũ.
Hei vido vxorẽ, pene plus q̃ȝ sat erat. D. cur nolles Chreme? C.
Iam recte. De. quid tu? ecquid locutus cum ista es, quam ob
rem hanc ducimus? Ch.
Trãsegi. D. qd ait tãdẽ? Ch. adduci nõ põt. D. qd nõ põt? Ch.
Quia vterq; vtriq; est cordi. D. qd istuc nr̃a? Ch. magni, pter
Hæc, Cognatã cõperi esse nobis. D. quid deliras? Ch. sic erit,
Nõ temere dico, redi mecũ in memoriã. De. satin sanus es? N.
Hau obsecro vide ne in cognatã pecces. De. nõ est. C. ne nega.
Patris nomen aliud dictum est, hoc tu errasti. De. non norat
patrem? Ch.
Norat. D. cur aliud dixit? Ch. nunq̃ȝ ne hodie concedes mihi,

Neq; intelliges?De.si tu nihil narres?Ch.pergis?Na.miror
quid hoc fiet.De.
Equidem hercle nescio.Ch.vin scire?at ita me seruet Iupiter,
Vt propior illi q̃ ego sum,ac tu nemost.De.Di vostram fidē.
Eamus ad ipsam vna omnes nos,aut scire,aut nescire hoc vo
lo.Ch.ah.D.
Quid id ē?Ch.ita ne pu. mihi fidē eē apud te.D.vin me cre
Vin satis q̃situm mihi istuc esse?age fiat,qd illa filia (dere?
Amici nr̃i?qd futurūst?Ch.recte.De.hanc igit̃ mittimus?Ch.
Quid ni,D.illa maneat.Ch.sic.D.ire igit̃ tibi licet Nausistra
Sic pol cōmodius eē in omnis arbitror,q̃ vt cœpas (ta.Na.
Manere hanc,nam perliberalis visast cum vidi mihi.De.
Quid istuc negotist?C.iā ne oppuit hostiū?D.iā.C.o Iupiter,
Di nos respiciunt,gnatā inueni nuptā cum tuo filio.De.hem.
Quo pacto id potuit?C.nō satis tut᷒ē ad narrādū hic loc᷒.D.
At tu intro abi.Ch.heus ne filij nostri qdē hoc resciscāt volo.

ANTIPHO.

Quadrati vt superiores.

(volt.
Aetus suz,vt vt meæ res se se hūt fratri obtigisse qd
I Quā scitūst eiusmodi parare in animo cupiditates,
Quas cum res aduersæ fient,paulo mederi possis.
Hic simul argentum repperit,cura se se expediuit.
Ego nullo possum remedio me euoluere ex his turbis.
Quin si hoc celetur in metu,sint patefit in probro siem.
Neq; me domum nunc reciperem,ni mihi esset spes ostenta
Huiusce habendæ,sed vbi nam Getam inuenire possum?
Vt rogem quod tempus cōueniundi patris me capere iubeat?

PHORMIO. ANTIPHO.

Octonarij.

Rgentum accoepi, tradidi lenoni, abduxi mulierem,
a Curaui ꝓpa ea Phædria vt potiret, nã emissast ma/
Nũc vna res restat mihi, q̃ etiã conficiũda ocyũ (nũ,
A senibus ad potandũ vt hẽaʒ, nã aliquot hos sumã dies. An.
Sed Phormiost, qd ais? Ph. qd? An. quid nam nunc facturus
Quo pacto satietatẽ amoris ait se velle sumer? P. (Phædria?
Vicissim partis tuas acturus est. An. q̃s? Ph. vt fugitet patrẽ.
Te suam rogauit rursum vt ageres caussam, vt pro se diceres.
Nam potaturus est apud me, ego me ire senibus Sunium
Dicam ad mercatuʒ, ancillulã emptum, quã dudũ dixit Geta,
Ne cum hic non videant me conficere credant argentũ suum.
Sed hostiũ ꝯcrepuit abs te. A. vide qs egrediatur. Ph. Getast.

Octonarij, Quadrati, & Senarij non nulli.

GETA. ANTIPHO. PHORMIO.

Fortuna, o fors fortuna q̃tis cõmoditatibꝰ, (diẽ? An.
o Quã subito hero meo Antiphõi ope vía hũc onerastis
Quid nã hic sibi volt? Ge. nosq; amicos eiꝰ exonerastis
Sed ego nũc mihi cesso, qui nõ humerum hunc onero pallio.
Atq; hominẽ ꝓpero inuenire, vt hæc quæ cõtigerint sciat? A.
Num tu intellegis quid hic narret? Ph. num tu? An. nihil. Ph.
tantundem ego. Ge.
Ad lenonẽ hinc ire pgã, ibi nũc sunt. A. heus Geta. G. hẽ tibi,
Num mirum, aut nouum est reuocari cursum cum institue//
ris? An. Geta. Ge.
Pergin hercle, tu nũq̃ tuo odio vinces me. An. nõ manes? G.
Vapulabis. An. id tibi qdem iam fiet nisi resistis verbero. Ge.
Familiariorẽ oportet esse hũc qui minitat malũ, sed is ne est,
Quẽ q̃ro, an nõ? ipsus est. Ph. cõgredere actutũ. An. qd est? G.
Omnium quãtum est qui viuant hominuʒ hõ honoratissime.

Nam sine controuersia a Dis solus diligere Antipho. An.
Ita velim, sed qui istuc credam ita esse mihi dici velim. Ge.
Satin est, si te delibutum gaudio reddo? An. enicas. Ph.
Quin tu hinc pollicitationes aufer, & quod fers cedo. Ge. oh,
Tu quoque hic aderas Phormio? Ph. aderam, sed cessas? Ge.
Vt mó argētū tibi dedim⁹ apud forū recta domū (accipe hem.
Sumus pfecti, interea mittit herus me ad vxorem tuam. An.
Quā ob rē? Ge. omitto ploqui, nā nihil ad hāc rē est Antipho.
Vbi in Gynæceum ire occipio, puer ad me accurrit Mida.
Pone apprehendit pallio, resupinat, respicio, rogo
Quā ob rē retineat me, ait esse vetitū intro ad herā accedere.
Sophrona modo fratrē huc inqt senis introduxit Chremem,
Eumque nunc esse intus cum illis, hoc vbi ego audiui, ad fores
Suspenso gradu placide ire perrexi, accessi, astiti,
Animam cōpressi, aurē admoui, ita animum cœpi attendere.
Hoc modo sermonē captās. A. heu Geta. Ge. hic pulcherrimū
Facinus audiui, itaque pene hercle exclamaui gaudio. Ph.
Quod? G. qđ nā arbitrare? An. nescio. G. atqui mirificissimum.
Patruus tuus pater est inuentus Phanio vxori tuæ. An. hem
Quid ais? Ge. cū eius ɔsueuit olim matre in lēno clanculū. Ph.
Somniū vtin hæc ignoraret; suum patrē? Ge. aliquid credito
Phormio esse caussæ, sed me censen potuisse omnia
Intellegere extra hostium, intus quæ inter se ipsi egerint? Ph.
Atque hercle ego quoque illā audiui fabulam. Ge. imo etiā dabo
Quo magis credas, patruus iterea inde huc egreditur foras.
Haud multo post cum patre idem recipit se intro denuo.
Ait vterque tibi potestatem eius habendæ dare.
Denique ego sum missus te vt requirerem, atque adducerem. An.
Hē gn ergo? rape me, qd cessas? Ge. fecero. An. o mi Phormio

Vale.Ph.Vale Antipho,bene ita me Di amēt factū,gaudeo.

PHORMIO.

Senarij.

Antam fortunam de improuiso esse his datam,
t Summa eludendi occasiost mihi nunc senes,
Et Phædriæ curam adimere argentariam,
Ne cuiquam suorum equalium supplex siet.
Nam idem hoc argentum ita vt ingratis est datum
His datum erit,hoc qui cogam re ipsa repperi,
Nunc gestus mihi,voltusque est capiundus nouus.
Sed hinc concedam in angiportum hoc proximum.
Inde hisce ostendam me,vbi erunt egressi foras.
Quo me assimulaueram ire ad mercatum,non eo.

DEMIPHO. PHORMIO. CHREMES.

Trimetri.

IS magnas merito gratias habeo,atque ago.
D Quando euenere hæc nobis frater prospere,
Quantum potest nunc conueniendus Phormio est,
Priusquam dilapidet nostras triginta minas
Vt auferamus.Ph.Demiphonem si domist
Visam,vt quod.De.at nos ad te ibamus Phormio.Ph.
De eadem hac fortasse caussa?De.ita hercle.Ph.credidi.
Quid ad me ibatis?ridiculum,an verebamini
Ne non id facerem quod recepissem semel?
Heus heus,quanta hæc mea paupertas est,tamen adhuc
Curaui vnum hoc quidem,vt mihi esset fides.Ch.
Est ne ita(vt dixi)liberalis?De.oppido.Ph.
Itaque ad vos venio nuntiatum Demipho,

Paratum eſſe, vbi voltis vxorem date.
Nam omnes poſthabui res mihi, ita vt par fuit,
Poſtq̃ tantopere id vos velle animum aduorteram. De.
At hic dehortatus eſt me, ne illam tibi darem.
Nam qui erit rumor populi inquit, ſi id feceris?
Olim cum honeſte potuit tum non eſt data.
Nunc viduam extrudi turpeſt, ferme eadem omnia
Quæ tu te dudum coram me incuſaueras. Ph.
Satin ſuperbe illuditis me? De. qui? Ph. rogas?
Quia ne alteram quidem illam potero ducere.
Nam quo ore redibo ad eam quam contempſerim? Ch.
Tum autem Antiphonem video ab ſe ſe amittere,
Inuitum eam inque. De. tum autem video filium
Inuitum ſane mulierem ab ſe amittere.
Sed tranſi ſodes ad forum, atq; illud mihi
Argentum iube rurſum reſcribi Phormio. Ph.
Quod? ne ego perſcripſi porro illis quibus debui? De.
Quid igitur fiet? Ph. ſi vis mihi vxorem dare
Quam deſpondiſti, ducam, ſin eſt vt velis.
Manere illam apud te, dos hic maneat Demipho.
Nam non eſt æquom me propter vos decipi.
Cum ego veſtri honoris cauſſa repudium alteri
Remiſerim, quæ tantundem dotis dabat. De.
I. in malam rem hinc cum iſtac magnificentia
Fugitiue, etiam nunc credis te ignorarier,
Aut tua facta adeo? Ph. irritor. De. tun hanc duceres
Si tibi data eſſet? Ph. fac periculum. De. vt filius
Cum illa habitet apud te, hoc veſtrum conſilium fuit. Ph.
Quæſo quid narras? De. quin tu mihi argentum cedo. Ph.

Immo vero tu vxorem cedo. De. in ius ambula. Ph.
In ius enimuero, si porro esse odiosi pergitis. De.
Quid facies? Ph. ego ne? me vos indotatis modo,
Patrocinari fortasse arbitramini,
Etiam dotatis soleo. Ch. quid id nostra? Ph. nihil.
Hic quandã norã, cuius vir vxorem. Ch. hem. De. qd est? Ph.
Lemni habuit aliam. Ch. nullus sum. Ph. ex qua filiam
Suscepit, & eam clam educat. Ch. sepultus sum. Ph.
Hæc adeo illi ego iam denarrabo. Ch. obsecro.
Ne facias. Ph. oh tun is eras? De. vt ludos facit. Ch.
Missum te facimus. Ph. fabulæ. Ch. quid vis tibi?
Argentum quod habes condonamus te. Ph. audio.
Quid vos malum ergo me sic ludificamini,
Inepti vestra puerili sententia?
Nolo, volo, volo, nolo, rursum cedo, cape,
Quod dictũ indictum st, qđ modo erat ratum, irritum st. Ch.
Quo pacto, aut vnde hæc hic resciuit? De. nescio,
Nisi me dixisse nemini id certo scio. Ch.
Monstri ita me Di amẽt simile. Ph. inieci scrupulum. De. hem,
Hicine vt a nobis hoc tantum argenti auferat
Tam aperte irridens? emori hercle satius est,
Animo virili, præsentiq; vt sis para.
Vides peccatum tuum esse elatum foras,
Neq; iam id celare posse te vxorem tuam.
Nunc quod ipsa ex aliis auditura sit Chreme.
Id nos met indicare placabilius est.
Tum hunc impuratum poterimus nostro modo
Vlcisci. Ph. at at, nisi mihi prospicio hæreo,
Hi gladiatorio animo ad me affectant viam. Ch.

At vereor: vt placari poſſit. De. bono animo es.
Ego redigam vos in gratiam hoc fretus Chreme.
Cum de medio exceſſit, vnde hæc ſuſceptaſt tibi, Ph.
Ita ne agitis mecum? ſatis aſtute aggredimini?
Non hercle ex re iſtius me inſtigaſti Demipho.
An tu vbi peregre tibi quod libitum fuit feceris,
Neq; huius ſis veritus fœminæ primariæ,
Quin nouo modo ei faceres contumelias.
Venias nunc precibus lautum peccatum tuum?
Hiſce ego dictis illam ita tibi incenſam dabo,
Vt ne reſtinguas lacrumis ſi extillaueris. De.
Malum quod iſti Dij, Deæq; omnes duint.
Tanta ne affectum hominem quenq̃ eſſe audacia?
Non ne hoc publicitus ſcelus hinc deportarier
In ſolas terras? Ch. in id redactus ſum loci,
Vt quid agam cum illo neſciam prorſus. De. ego ſcio.
In ius eamus. Ph. in ius? huc ſiquid lubet. De.
Aſſequere, ac retine, dum ego hinc ſeruos euoco. Ch.
Etenim nequeo ſolus, accurre huc. Ph. vna iniuriaſt
Tecum. Ch. lege agito ergo. Ph. altera eſt tecum Chreme. De.
Rape hunc. Ph. ita ne agitis? enimuero voceſt opus.
Nauſiſtrata exi. Ch. os opprime. De. impurum vide
Quantũ valet. Ph. Nauſiſtrata inq̃. Ch. non taces? Ph.
Taceam. De. niſi ſequitur, pugnos in ventrem ingere. Ph.
Vel oculum exculpe, eſt vbi vos vlciſcar locus.

NAVSISTRATA. CHREMES.
PHORMIO. DEMIPHO.
Senarij, & Octonarij.

Vi noiat me?Ch.hem.Na.qd istuc turbæ est obsecro
Mi vir?P.hē qd nūc obstipuisti?Na.qs hic homost?
Non mihi respondes?Ph.hicine vt tibi respondeat,
Qui hercle vbi sit nescit?Ch.caue isti quidq̃ credas.Ph.
Abi,tange,si non totus friget,me enica.Ch.
Nihil est.Na.quid ergo est,quin istic narrat?Ph.iam scies.
Ausculta.Ch.pergin credere?Na.quid ergo obsecro
Huic credam,qui nihil dixit?Ph.delirat miser
Timore.Na.non pol temerest quod tu tam times.Ch.
Egon timeo?Ph.recte sane,quando nihil times,
Et hoc nihil est quod ego dico,tu narra.De.scelus
Tibi narret?Ph.eho tu factumst,abs te sedulo
Pro fratre.Na.mi vir nō mihi narras?Ch.at.Na.qd at?Ch.
Non opus est dicto.Ph.tibi quidem,at scito huic opust.
In lēno.Ch.hē qd ais?D.nō taces?Ph.clā te.Ch.hei mihi.Ph.
Vxorem duxit.Na.mi homo Di melius duint.Ph.
Sic factumst.Na.perij misera.Ph.& inde filiam
Suscepit iam vnam dum tu dormis.Ch.quid agimus?Na.
Proh Di immortalis,facinus miserandum,& malum.Ph.
Hoc actumst.Na.an quidq̃ hodie est factum indignius?
Qui mihi vbi ad vxores ventumst,tum fiunt senes.
Demipho te appello nam me cum hoc distædet loqui.
Hæcine erant itiones crebræ,& mansiones diutinæ
Lemni?hæcine erat quæ nostros fructus minuit vilitas?De.
Ego Nausistrata esse in hac re culpam meritam non nego,
Sed ea,quæ sit ignoscenda.Ph.verba fiunt mortuo.De.
Nam neq̃ neglegentia tua,neq̃ id odio fecit tuo.
Vinolentus fere ab hinc annos quindecim mulierculam
Eam cōpressit,vnde hæc natast,neq̃ post illam vnq̃ attigit.

Ea morté obyt, e medio abyt, qui fuit in hac re hac scrupulus,
Quá ob ré te oro, vt alia tua facta sút, æquo aío hoc feras. N.
Quid ego æquo animo? cupio misera in hac re iá defungier.
Sed quid sperem? ætate porro minus peccaturum putem?
Iam tum erat senex, senectus si verecundos facit.
An mea forma, atqꝫ ætas núc magis expetéda est Demipho?
Quid mihi, affers, q̃ꝫ ob ré expecté, aut speré porro nó fore? P.
Exequias Chremeti, quibus est cómodum, ire iam tépus est.
Sic dabo, age nunc, age Phormionem qui volet lacessito,
Faxo tali eum mactatum atqꝫ hic est infortunio.
Redeat sane in gratiam, iam supplicij satis est mihi.
Habet hæc ei quod dum viuat vsqꝫ ad aurem obganniat. Na.
An meo merito credo, q̃d ego nunc cómemoré tibi Demipho
Singillatim, qualis in hunc fuerim? De. noui æque omnia
Tecú. Na. meriton hoc meo videtur factú? De. minime gétiú,
Verum quando iam accusando fieri infectum non potest,
Ignosce, orat, confitetur, purgat, quid, vis amplius? Ph.
Enimuero priusq̃ꝫ hæc dat veniá, mihi prospiciá, ꝛ Phædriæ.
Heus Nausistrata priusq̃ꝫ huic rńdes temeř, audi. N. q̃d é? P.
Ego minas triginta per fallaciam ab illo abstuli.
Eas dedi tuo gnato, is pro sua amica lenoni dedit. Ch.
Hem quid ais? Na. adeon hoc indignum tibi videtur, filius
Homo adulescens si habet vnam amicam, tu vxores duas.
Nihil pudere? quo ore illum obiurgabis? responde mihi. De.
Faciet vt voles. Na. immo vt iam scias meam sententiam,
Neqꝫ ego ignosco, neqꝫ promitto quidq̃ꝫ, neqꝫ respondeo,
Priusq̃ꝫ gnatum video, eius iudicio permitto omnia.
Quod is iubebit faciá. Ph. mulier sapiés es Nausistrata. Na.
Satis tibi est? Ph. immo vero pulchre discedo, ꝛ probe.



Et præter ſpem.Na.tuum nomē dic quod eſt.Ph.mihin?
Phormio veſtræ familiæ hercle amicus,⁊ tuo ſummus Phæ
driæ.Na.
Phormio,at ego ecaſtor poſthac tibi quod potero,⁊ quævoles
Faciamq̃,⁊ dicã.Ph.benigne dicis.Na.pol meritũſt tuũ.Ph.
Vin primum hodie facere quod ego gaudeam Nauſiſtrata?
Et quod tuo viro oculi doleant?Na.cupio.Ph.me ad cœnam
voca.Na.
Pol vero voco.De.eamus itro hic.Ch.fiat,ſʒ vbi eſt Phædria
Iudex noſter.Ph.iam hic faxo aderit,

VOS VALETE ET PLAVDITE.

Haſce Terentij fabulas cenſura cuiuſdã ſane eruditi vi
ri, ſumptibuſq̃ aſſiduis imprimendas Laçarus
Soardus curauit.Venetijs.M.D.XI.huma/
næ ſalutis Anno menſe Auguſti Au/
guſtum initium Auſpicatus.

Excuſatio Laçari.

Si quid forte tuos offendet Lector ocellos
Quod mihi mendoſo grammatæ verſus eat
Emendare velis nam non me Laçarus iſtis:
Confecit mendis Bibliopola tuus
Sed turbata magis preſſoris inertia quando
Sera dedit laſſas artibus hora manus.

REGISTRVM.

4	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4
AA	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	L	M	N	O	P	Q

Omnes sunt Quaterni.


Laus summo regi dicatur vocibus oris:
Qz iam non cesset merces condigna laboris.


Nemo confidat nimium secundis.

Qui ducis vultus: & non vides ista libenter
Omnibus inuidias liuide: nemo tibi.

¶ Deo & candidissimæ virgini gratiæ.







BIBLIOGRAPHVS.

Impressor quisquis nostra hæc inuenta sequetur
(Vt vulgo dicunt) corniger hircus erit.



CVSSI VA LO MONDO.

